"τοι λήψεσθαι μεγάλα δὲ εἶναι τὰ προδιδομένα,
"καὶ παραιτήσει τῷ θείῳ χρωμένου τοῦδε ἐλπίδων· καὶ
"γὰρ εἰ τῆς σῆς ἐλάττονα δυνάμεως, τῆς γέ μου τῷ
"εἰλικρότι Ἀγρίππᾳ τε καὶ ἀξιώσεως μείζονα. καὶ
ὁ Γάϊος, ἐκπλαγεὶς [g] τὴν Ἀγρίππου αὐτοῦ, πλεό-
νως ὠρέγετο εἰπεῖν, [h] "ὅ,τι χαρίζοιτ' ἂν αὐτῷ πα-
ροινοῦντι. ὁ δὲ, "ἐπεί τοι, ὦ δέσποτα, προθυ-
"μίᾳ τῇ σῇ δωρεῶν [i] μὲ ἄξιον ἀποφαίνεις, αἰτήσομαί
"σου μὲν εἰς ὅλον φερόντων τοῦδε, Ἀγρίππᾳ τὸ μεγάλως
"με σεβασθῆναι, οἷς ἤδη παρέχεις· ὅ,τι δ' ἂν σοι
"δόξαι προσθεῖναι τοῦ εὐσεβοῦς, καὶ τὸ θεῖον σύμμα-
"χον ἐφ' οἷς θελήσεις τοῦδε χαριεῖ, [k] καί μοι πρὸς εὐ-
"κλείας γένοιτο τοῦδε τοῖς πυνθανομένοις, ὡς μηδ'
"ἑνὸς ἂν χρησαίμην ἔτι τῆς σῆς ἐξουσίας ἀτυχεῖ
"πώποτε γόνυ. ἀξιῶ γὰρ σε τῷ ἀληθιάτῳ τὸν
"ἀνάδησιν, ἵνα πυθέσθαι κελεύεις Πετρώνιον εἰς τὸ
"Ἰουδαίων ἱερὸν, μηκέτι προέσθαι Ἀγρίππᾳ.

ιε'. Καὶ ὁ μὲν, καίτοι ὑποπίνδυνον τοῦτο ἡγούμενος·
εἰ γὰρ μὴ πιθανὰ ἔφρασε Γάϊος, τοῦδε ἄλλο ἢ εἰς
θάνατον ἔφερεν Ἀγρίππᾳ τὸ μεγάλα νομίζειν τε καὶ αἰ-
τεῖν ὑπὲρ ἐκεῖνον ἀναισχύντως ἐπ' αὐτοῖς ἠγεῖτο. Γάϊος δὲ
ἅμα τῇ θρασύτητι τοῦ Ἀγρίππου ὀνειλημμένος, καὶ
ἄλλως ἀπρεπὲς ὑπολαμβάνων, ὅτι τοσοῦδε μαρ-
τύρων ψευδῶν γενέσθαι τοῦδε ἂν προθύμως ἐβιάζε-
το αἰτεῖσθαι τοῦ Ἀγρίππου, μετὰ τοῦ ἐξέσου μετα-

luxum ſuppeditandi) tum Cajus animi ergo & magnificentiæ eum admiratus, ut qui etiam ſuppra facultates ſumptibus immenſis ſibi placere contenderit, volenſque Agrippæ liberalitatem ad ſui oblectationem accommodatam æmulari, cum animus vino laxatus eſſet & ad multam hilaritatem traductus, dixit in convivio, ipſum ad bibendum invitante Agrippa, "& ipſe tibi jam antea conſcius eram honoris "quo me proſequutus es, & quantam mihi "benevolentiam oſtendiſti, etiamſi ex ea te "circumſteterint pericula à Tiberio intenta- "ta; & *jam* nihil omittis, quo mihi, fere ul- "tra quam poſſis, gratificeris. Quare, cum tur- "pe mihi ſit à te vinci tua erga me voluntate "& ſtudio, omnia quibus antea tibi deeram "jam adjecta eſſe volo. Quod ad munera at- "tinet quæ tibi dedi, ea levidenſia eſſe fateor: "id autem totum, quod tibi aliquid conferat ad "felicitatem complendam, alacriter & quoad "potero tibi ſuppeditabo." Et ille quidem iſta dicebat, ratus ampla latifundia poſtulaturum aut urbium aliquarum vectigalia. Is vero, quamvis ſibi decretum eſſet quid peteret, id tamen *in præſens* animo reticebat, & ſtatim "Cajo reſpondet, "quod neque prius, contra "quam mandaverat Cajus, illum coluerit, ut "qui lucri aliquid exſpectaret; neque jam in "ejus gratiam quidquam agere, ut inde vel "minimum lucri ſibi quæreret. abunde au- "tem magna eſſe priora ejus beneficia, & ul- "tra quam ſperaret quiſquam ſe paulo arro- "gantior: nam etſi minora eſſent quam quæ "dare potueras, mea tamen qui ea accepe- "rim exſpectatione & dignitate ſunt majora." Tum Cajus, eum propter animi continentiam admiratus, magis inſtabat ut diceret, quidnam à ſe datum iri voluerit? Cui ille, "quoniam "ex tua in me benevolentia, domine, præ te fers "me dignum haberi qui præterea aliquid largia- "ris, nihil quidem eorum quæ ad me locuple- "tandum attinent à te poſtulabo, quippe quod "tuæ gratiæ acceptum debeam ut iis rebus "præter cæteros excellam; illud vero te ro- "go, quod pietatis gloriam tibi conciliabit, fa- "cietque ut Deus tuæ voluntati faveat & ad- "jutor ſit, & mihi ad exiſtimationem pulchrum "erit apud eos qui fama id acceperint, ut qui "certum habuerim omnia propter tuam pote- "ſtatem impetraturum eſſe quorum opus mihi "fuerit. Oro igitur & obſecro te ut de ſtatuæ "dedicatione in Judæorum templo, mandata "Petronio, nolis amplius cogitare."

8. Et ille quidem licet hoc periculi plenum duceret, (nam quæ perſuaderi non poterant Cajo ea mortem certiſſimam poſtulanti afferebant) quod tamen ea *quæ peteret* magna exiſtimaret ut revera erant, fortunæ aleam in iſtis experiri ſtatuit. Cajus autem *ſimul* officioſa Agrippæ liberalitate *mirifice* captus, pudendumque eſſe ratus mendacii in iſtis, ad quæ petenda Agrippam ultro provocaverat, coram tot teſtibus argui, ac ſi ſtatim eum promiſſi

Cajus Agrippæ magnificentia delectatus.

Quicquid ab ipſo petieris, ſe ei daturum eſſe pollicetur.

Agrippa nihil aliud poſcit, quam ut mandatum, quod Petronio dederat, revocetur.

Annuit Agrippæ, haud tamen libenter.

a Ὡς ἡ Γάϊου σεβασμίου Busb. & mox (v. 7.) φάσης pro φασίν. b Illud τὰ deeſt Busb. c Ὑποδεδειχθῶσιν Busb. d Fuit cum legendum eſſe ſuſpicaretur ἀρετῆς χρῆσθ. e Ita è Cod. Vat. ἂν ἐμαρσάμην Baſ. ἂν ἐμαρσάμην in aliis. quin & δ, quod antea ſequebatur Ἀγρεσίνεται, delendum eſſe volui, & paulo ante vocalem ἡ inter τὸ & πᾶν inſertum dedi. f Τὴν τε πόλιν ἤ τοσοῦδε αἰσχύνης ἢ καὶ τιμῶν Vat. τὴν τε πόλιν ἤ τοσοῦδε ἀπόνοιαν Hen. 2 pr. m. τὴν τε πόλιν ἤ τοσοῦδε αἰσχύνης Busb. g Τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ Busb. h Ita Busb. ὅτι χαρίζοιτό τ' ἂν αὐτῷ in Editis Aldiſque. i Illud μὲ è Cod. Busb. ut & mox σὺ poſt αἰτήσομαι. k Al. καί μοι ἀεὶ εὐκλεὲς γένοιτο. l Ita Busb. Vat. & Zonar. ἀξιῶ γάρ σε in cæteris.

Cajus, Agrippæ virtutem miratus, ſcribit ad Petronium, in Agrippæ gratiam.

promiſſi pœnituiſſet, ſimulque Agrippæ virtutem *egregiam* miratus, quod de imperio ſuo, aut amplioribus reditibus aut alia poteſtate augendo, parum ſolicitus, publicæ tranquillitatis curam ageret, pro legibus intercedendo & numine divino, poſtulatis annuit: ac ſcribit ad Petronium, eum collaudans, & quod exercitum collegerat, & ipſum per literas conſuluerat quid de Judæis faciendum cenſeret. "Cæ-"terum nunc, *inquit*, ſi contigerit te jam ſta-"tuam erexiſſe, ne tollatur: ſin vero nondum "eam collocaſſes, ne quid amplius moleſtiæ "ea de re tibi faceſſas; ſed exercitum volo di-"mittas, diſcedaſque ad ea quæ primo tibi "mandavi exſequenda. nihil enim mihi opus "eſt ut ſtatua erigatur, Agrippæ gratificari cu-"pienti, quem virum majoris facio quam ut "ejus deſiderio & precibus quidquam denega-"rem." Et hæc quidem Cajus ad Petronium ſcripſit, literis illius nondum lectis, quæ ſignificabant, Judæos ob ſtatuam illam ad ſeditionem concitatos. quin & ex voluntatis eorum indiciis palam erat eos minitari bellum adverſus Romanos. Itaque graviter dolens, quaſi id auſi fuiſſent ut experirentur ejus imperium, homo *ſcilicet* nihil turpe dueens, nullamque honeſti rationem habens, & in quemcunque pro arbitrio ira excandeſcens, cui nullam moderationem adhibuit, id ſibi in felicitatem cedere reputans ſi iracundiæ maxime indulgeret, *denuo* ſcribit Petronio *in hanc ſententiam.*

Non multo poſt ei literas dat acerbas & minarum plenas.

"Quandoquidem munera, quibuſcunque te "donarent Judæi, meis mandatis prætuliſti, il-"lis gratificari auſus alia quam juſſeram fa-"ciendo, jubeo te, qui temet judicem conſti-"tuiſti, quid tibi agendum ſit diſpicere, cum "iræ meæ onus ſuſtinebis, poſtquam in te ex-"emplum edam quod & præſentes & poſte-"ros moneat, non negligenda eſſe imperato-"ris mandata.

Quæ, poſtquam de Caji morte aliter accepiſſet, ad eum pervenerunt.

9. Has quidem literas ſcribit ad Petronium: eas tamen, dum in vivis eſſet Cæſar, non accepit Petronius, retardata eouſque perferentibus navigatione, ut aliæ literæ, quibus mortem Caji intellexerit, prius ad manus ejus venerint. Deus utique haud immemor futurus erat periculorum, quæ adierat Petronius in Judæorum gratiam Deique honorem. ſed cum Cajum è medio ſuſtuliſſet, illi infenſus quòd cultum *divinum* ſibimet arrogare fuerit auſus, Petronio mercedem perſolvere annituntur omnes tam Romæ quam per univerſum imperium, præcipue vero quotquot è ſenatoribus maxima erant dignitate, quod in eos iram ſuam effuderit Cajus. Et ille quidem moritur non multo poſt quam ad Petronium literas ſcripſerat, mortem ei denunciantes. Cauſam autem pro-

Caji obitus.

μέλῳ χρώμενος, ἅμα δὲ τῷ Ἀγρίππᾳ τὴν ἀρετὴν θαυμάσας, ὃ ὀλίγῳ αὔξειν τὴν οἰκείαν ἀρχὴν, ἤτοι προσόδοις χρημάτων ἢ ἄλλῃ δυνάμει, τῷ κοινῷ τῆς εὐθυμίας ὑφιέμενος, παρορᾷ τοὺς νόμους καὶ τὸ θεῖον, συγχωρεῖ· καὶ γράφει πρὸς τὸν Πετρώνιον, ἐπαινῶν τε τῆς ἀθρόσεως τοῦ στρατεύματος ἐπαινῶν, καὶ τῷ πρὸς αὐτὸν περὶ αὐτοῦ ἀπεχθανόμενος. "νῦν οὖν "εἰ μὲν φθάνεις ἀνδριάντα ἐγεῖραι, ἐγέτω· εἰ δὲ "μήπω πεποίησαι τὴν ἀνάθεσιν, μηδὲν παραπέρα γε-"νέσθαι. ἀλλὰ τὸν τε στρατὸν ἄφες ἴέναι, καὶ αὐτὸς "ἐφ' ἃ τὸ πρῶτον σε ἔστειλα, ἄπιθι. οὐδὲν γὰρ ὄφε-"λός μοι τῆς ἀναστάσεως τοῦ ἀνδριάντος, Ἀγρίππᾳ "χαριζόμενος ἀνδρὶ ἐμοὶ τιμωμένῳ μείζονος, ἢ "ὥστε με χρείᾳ τῇ ἐκείνου καὶ οἷς κελεύσειεν ἀντει-"πεῖν." Γάϊος μὲν δὴ ταῦτα γράφει πρὸς τὸν Πετρώνιον, πρότερον [d] ἢ ὀντυχεῖν τὰς αὐτοῦ ἐπιστολὰς ἐμφανήσας ὅτι ἀπειθείᾳ Ἰουδαίους ἐπὶ ἀποστασίᾳ τὴν Ἰουδαίων κατὰ δίκας αὐτοὺς ἐκείλας. perperam in Editis *Aliiſque*, πρότερον ἢ ἐντυχεῖν ἐπὶ ἀποστάσει αὐτοὺς τῷ δίκαι ἐκείλας. A libris noſtris valde diſcrepat *Epiphanius*, qui vertit, *Hoc enim Agrippæ gratiæ conceſſum eſſe volo, viro honorabili mihi ſemper, ſed nunc amplius honorando. Et Cajus quidem talia ſcribit Petronio, antequam ſeditio major oriretur. nam ita jam mentes omnium tumebant, atque talia voluntatum eorum indicia monſtrabantur, ut ſi forte contrarium nimicum adveniret, parati eſſent apertum bellum gerere cum Romanis. Sed Cajus, cujus animus obnoxius erat turpitudini, alienus bono conſilio; & in omnibus quæ facienda decerneret, ira magis pertinax ad implendum, moderari ſe nullo modo ſciens, ſed beatitudinem judicans, ſi omne quod ſibi eſſet voluptati perficeret, poſtea ſcribit Petronio* &c. e Μηδὲν γὰρ ἴσμεν Busb. & Hen. f Ita, monente Cl. *Lowthio*, legendum cenſui. antea erat αὐτῷ. g Γράφει οὖν τῷ Πετρωνίῳ Zonar. In *Epiphanii* verſione, *poſtea ſcribit Petronio hujuſmodi verba.* h Ita cum *Cod. Busb.* antea erat, ἐπεί του παράδειγμα ποιοῦντό σε εἴ τι νῦν πάσχεις, ἢ ὁπόσου &c. *Zonaras* habet παράδειγμα γὰρ σὲ ποιήσομαι τοῖς τὰ νῦν ἢ τοῖς ἔπειτα &c. *Epiphanius* vertit, *jubeo temetipſum judicem fieri, & exigere quid debeas pati, qui me ad tantum iracundiæ concitaſti, ut exemplum efficiare cunctis, & præſentibus & futuris, quo nullus audeat imperatoris mandata contemnere.* i Id eſt, δι' ὀργῆς.

a Illud

ἐξ ἧς τελευτᾷ, καὶ ὁ Φιβυλλῖνος τὸ πρόσθεν ἀφηγήσομαι περιόντος τοῦ λόγου. Πετρωνίῳ δὲ τῷ πρώτῳ μὲν παρὰ τῶν ἀφεστηκότων τοῦ Γαΐου τελευτὴν δηλούντων, μετὰ δὲ πολὺ δὲ ἡ κελεύουσα αὐτὸν τελευτᾶν αὐτόχειρα. καὶ πάθη τε τῇ συντυχίᾳ τοῦ ἀνδρὸς, ὡς ὁ Γάϊος κατελέλυτο, καὶ τοῦ Θεοῦ τῷ προνοίαι ἐξεθαύμασεν, ὑφεὶς εἰς ἀναβολὰς ἀλλ' οὐκ εἰς ἀόριστον μαθὼν αὐτῷ πῶς τε εἰς τὸ ταχὺ καὶ βοηθείας τῆς Ἰουδαίων σωτηρίας ἀξιοχρεώτης. καὶ Πετρώνιος μὲν ὅτως μὴ αὐτῷ ὀφθεὶς διεφεύχθη ῥᾳδίως ὁ κίνδυνος τοῦ θανεῖν.

pter quam ſublatus eſt *Cajus*, & quemadmodum inſtructæ erant in eum inſidiæ, in ſequentibus narrabo. Ad Petronium autem primùm perlatæ ſunt literæ Caji mortem ſignificantes, & non multo poſt ei redditæ ſunt iſtæ, quibus ſemet ſua manu interimere jubebatur. ſimulque lætatus eſt quod ita evenerit ut Cajus mortem oppeteret, Deique admiratus eſt providentiam, quod nulla interpoſita mora confeſtim ei præmium dederit pro honore à ſe templo habito, & auxilio Judæis lato. Et ita quidem Petronius è mortis periculo ipſi non præviſo facile evaſit.

Petronius, acceptis Caji literis, Dei providentiam obſtupeſcit.

ιϛ'. ΚΕΦ. ι'.

Τὰ συμβάντα τοῖς ἐν Βαβυλῶνι Ἰουδαίοις, διὰ Ασινάιον καὶ Ανιλαίου τοὺς ἀδελφούς.

CAP. X. XII.

Quænam Judæis apud Babylonem acciderunt, ex factis Aſinæi & Anilæi fratrum.

Γίνεται δὲ [c] καὶ περὶ τοὺς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, καὶ μάλιστα τὴν Βαβυλωνίαν οἰκοῦντας Ἰουδαίους, συμφορὰ δεινὴ, καὶ ὀδυρμοῦ ἧς τινος ἐλάττων, φόνος τε αὐτῶν πολὺς, καὶ ὁπόσους οὐκ ἱστορεῖται πρότερον. περὶ ὧν δὴ τὰ πάντα ἐπ' ἀκριβείας διηγησάμενος, ἀναδήσομαι καὶ τὰς αἰτίας, ἀφ' ὧν αὐτοῖς τὸ πάθος συνέτυχεν. [d] Νεαρδὰ τῆς Βαβυλωνίας ἐστὶ πόλις, ἄλλως τε ὠφελιμωτάτη, καὶ χώραν ἀγαθὴν καὶ πολλὴν ἔχουσα, ᾗ συνάλλοις ἀγαθοῖς, καὶ ἀνθρώπων [e] ἀνάπλεων. ἔστι δὲ ᾗ πολεμίοις ὀυκ εὐέμβολος, περίῤῥωτός τε ὢν Εὐφράτης πᾶσαν αὐτὸς αὐτὴν ἀπολαμβάνοντος, καὶ χαρακώμασι τειχῶν. ἔστι δὲ καὶ Νίσιβις πόλις ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ περίῤῥυτος. ὅθεν Ἰουδαῖοι, τῇ φύσει τῆς χώρας πεποιθότες, [f] τό τε δίδραχμον τῷ Θεῷ κατεβάλλειν ὁ ἐκείνοις πάτριον ἐκ τούτου κατετίθεντο, καὶ ὁπόσα ἄλλα ἀναθήματα. ἐκόμιζον δὲ ὥσπερ [g] ταμείῳ τούτοις τοῖς πόλεσιν. ὁρτῶντο δὲ ὅτι Ιεροσολύμων [h] ἀπεπέμπετο ἡ χρεὼ, πολλαί τε μυριάδες ἀνθρώπων τῷ κομιδῷ τῶν χρημάτων παρελάμβανον, δεδιότες τὰς Παρθυαίων ἁρπαγὰς, ἐπιτελοῦσι ὀκείνοις τὴν Βαβυλωνίαν. καὶ ἦσαν δὴ Ασινάιος καὶ Ανιλαῖος, Νεαρδάται μὲν ὁ γένος, ἀλλήλων δὲ ἀδελφοί. καὶ αὐτοὺς, παῖδας δ' ἔτι ὄντας ὀρφανοὶ, ἡ μήτηρ ἐπέστελλεν ἐκ τῶν μαθήσεως ποιήσεως. Οὐκ ὄντος ἀπρεποῦς τοῖς Ἑβραίοις, ὥστε τοὺς ἄνδρας ταλασιουργεῖν παρ' αὐτοῖς. τούτοις ὁ τοῖς ἔργοις ἐφεστὼς, [i] παρ' ᾧ καὶ ἐμεμαθήκεσαν, βραδυτῆτα ἐπιπλήξας τῇ ἀφίξεως, ἐκόλασε πληγαῖς. οἱ δ' ἐφ' ὕβρει τὴν δίκην λογιζόμενοι, καταπατήσαντες τὰ ὅπλα πολλὰ ὁπόσα ἦν ὅτι τοῖς [k] οἰκίας φυλασσόμενα, ᾤχοντο εἴς τι χωρίον, ἀφόρητον μὲν τοῖς ἐμπόροις ποιοῦμενον, νομὰς δὲ ἀγαθὰς παρέχειν πεφυκὸς, καὶ χιλῶν ὁπόσοι εἰς τὰ χειμῶνα ἀποτίθοιντο. συνίστασί τε οἱ αὐτοὺς τῶν ὡ ἀπορώτατοι, καὶ τοῖς τοῖς ὅπλοις φεύγοντες ἡγεμόνες τε ἦσαν, καὶ τῶν κακῶν ἡγεμόνες οὐκ ἐκωλύοντο εἶναι. [l] παρελθόντες γὰρ

Quæ*nam* Judæis apud Babylonem acciderunt, ex factis Aſinæi & Anilæi fratrum.

CÆterum *ſub id tempus* Judæis in Meſopotamia, maximeque apud Babyloniam habitantibus, gravis incidit calamitas, & alia quacunque non minor; multaque facta eſt illorum cædes, quanta non antea in hiſtoria memoratur: de quibus accurate omnia expoſiturus, cladis illius cauſas prima ab origine repetam. Nearda urbs eſt Babyloniæ, & ex ſe populoſa, & fertilem amplamque regionem poſſidens, quæ cum aliis *plurimis* bonis etiam hominibus abundat: ad hæc non patet hoſtium aſſultibus, undique Euphrate & firmis muris circundata. porro & Niſibis urbs *intra fluminis ejuſdem ambitum poſita eſt. Quapropter Judæi freti locorum natura, & didrachmum, quod à ſingulis *Judæis* Deo pendi moris erat, ibi depoſuerunt, cæteramque votivam pecuniam. illis enim urbibus tanquam *communi* ærario utebantur: & inde Hieroſolyma ſuo tempore tranſmiſſa erat *pecunia*, multaque hominum millia eam deferendam in ſe recipiebant, metu Parthorum latrociniorum, quibus *tum* vectigalis erat Babylonia. Etenim *ex iſtis Judæis* erant Aſinæus & Anilæus, origine quidem Neardenſes, fratres vero germani. atque illis mater, nam patre erant orbati, id negotii dedit, ut velorum conficiendorum artem addiſcerent: id quod indigenis adeo non turpe erat, ut etiam viri lanificia exercerent. His *quadam die magiſter* qui operibus præerat, apud quem etiam artem didicerant, objecit quod tardiuſcule venerant, eoſque verberibus multavit. Illi vero caſtigationem ſibi contumeliæ eſſe exiſtimantes, cum arma omnia, quæ in ea domo adſervabantur, arripuiſſent, in locum quendam ſe conferebant, ubi fluvii divortium eſt, & magna eſſe ſolebat paſcuorum copia & ubertas fructuum, qui in hyemem poſſunt reponi. Atque ad eos mox confluxit juvenum quiſque egentiſſimus: quos cum armis inſtruxiſſent, & pro ducibus ſe gerebant, & haud ægre fiebat quin illis maleficiorum autores & principes ſe præberent. cum enim fa-

Judæorum in Meſopotamia & Babylonia calamitas unde orta.

Nearda & Niſibis Judæorum gazophylacia.

Aſinæus & Anilæus Nearda profugi.

Inopes & egeni ad eos ſe recipiunt.

a Ita ex conjectura. παραχώρων in *libris*. b Iterum ex conjectura αὐτῷ ὀφθεὶς. antea perperam in *libris* omnibus μὴ ἀντιπαθεὶς. c Illud καὶ è *Codd. Busb.* & *Vat.* d Νισδὰ *Busb.* Νασρδὰ *Steph. Byzant.* Verum ε & α apud Orientales facile permutantur, ut notavit *Berkelius*. e Ita lego, nec aliter forſan *Epiphan.* cujus verſionem adhibui. ἀνεπλέων in *libris* omnibus. qua lectione admiſſa, verba iſta, καὶ σὺν ἄλλοις ἀγαθοῖς ἐ ἀνθρώπων ἀνεπλέων redundare videntur, ut quæ in margine olim appoſita fuerint, in interpretamentum τῆ, ἄλλως τε πολυανθρώπων. f Ita cum *Cod. Busb.* τότε δίδραγμον τῷ Θεῷ καταβάλλειν in. *cæteris.* g Ταμεῖον *Busb.* h Ἀπεπέμποντο *Busb.* i Ita *Busb.* & *Epiphan.* qui vertit, *apud quem etiam ipſam artem didicerant.* καὶ ἐμεμαθήκεσαν καὶ αὐτοῦ in *Editis Aliiſque.* k Ita *Busb.* & *Vat.* οἰκείας in *reliquis.* l Προσελθόντες *Busb.* * Ita placuit locum interpretari, quod certiſſimum ſit, Niſibin non *fluminis Euphratis appoſitam fuiſſe*, prout vertit *Gelenius*, ſed amni Mygdonio, qui in Tigrim influit.

Asinæus & Anilæus, cum magnam ad se conciviſſent hominum multitudinem, rapto vivunt.

ci eſſent inexpugnabiles, & arcem ſibi conſtruxiſſent, ad paſtores è ſuis dimittebant qui pecorum tributum illis imperarent, quantum ſatis eſſet in alimentum, adjicientes, ſe amicos illis futuros qui morem gererent, & ab hoſtibus undecunque ingruerent defenſuros; ſin imperata detrectarent, greges mactaturos. Illi vero, nam haud integrum eis erat quidquam aliud facere, mandatis obſequuti ſunt, & oves quotquot poſcerent mittendas curabant. Quo factum eſt, ut vires eorum augerentur, & poteſtatem haberent patrandi quodcunque illis, ex improviſo alios adortis, allubeſceret: atque adeo nemo illis obviam factus officiis eos demereri non ſtudebat, congreſſuriſque terrorem injiciebant. ita ut fermo de illis increbreſceret & ad Parthorum regem perveniret.

Satrapa Babyloniæ die Sabbati eos adoriri ſtatuit.

2. Satrapa autem Babyloniæ, poſtquam hæc intellexerit, eos ipſo in ortu opprimere voluit, antequam malum ex illis latius ſerperet & dimanaret: collectoque quantum poterat è Parthis ac Babyloniis exercitu, verſus eos curſu incitato ire contendit, eo animo ut repentina facta impreſſione eos adoriretur, priuſquam aliquid eis nunciaretur de copiarum apparatu. Cum autem juxta paludem *quandam* aſſediſſet, quietem agebat: atque poſtridie, erat autem Sabbatum quo Judæi ab omni opere feriantur, ratus non auſurum hoſtem ſibi congredi, ſed abſque pugna captos victoſque ſe abducturum, lento greſſu procedebat, ut in eos ex improviſo impetum faceret. Sed Aſinæus, cum forte poſitis prope ſe armis cum ſociis in otio deſideret, "Viri, inquit, tinnitus equorum ad aures allapſus eſt, non quales eſt in paſcuis agentium, ſed qui feſſorem tergo vehant; & quoniam frænorum etiam ſonitum me audire perſuaſum habeam, vereor ne hoſtes nos circumvenientes aggrediantur. verum procurrat aliquis ſpeculatum, qui nobis quid immineat certo renunciet, atque utinam falſa reperiantur quæ diximus." Ac ille quidem iſta loquutus eſt. & mox certi homines ſpectatum ibant, quid factum eſſet: celeriterque regreſſi, "neque te, *inquiunt*, "conjectura fallit de iis quæ moliuntur hoſtes, "neque illi amplius paſſuri ſunt ut nos male- "ficia impune committeremus. ex inſidiis "circumventi ſumus, pecorum ad inſtar ma- "ctandi, tanta equitum multitudine in nos in- "curſante, manus à pugna abſtinentes, quod "ex legis patriæ interdicto neceſſitate adacti "ſimus ad quieſcendum." Cæterum Aſinæus non utique ex ſpeculatoris ſententia, quid fieri oporteret, decernebat, ſed æquius eſſe ratus, ut, ſumptis animis ex neceſſitate in quam inciderat, legem violarent, dum injuriam ulciſcantur, etiam ſi mori certum eſt, quam ut nihil agendo morientes hoſtem *morte ſua* exhilararent, & ipſe arma corripit, eamque illis qui ſecum erant audaciam injiciebat, ut pari

Id quod ſuſpicatus Aſinæus quoſdam exploratum mittit.

De Satrapæ incurſu certior factus arma corripit.

ὅτι τὸ ἅρμα χω, καὶ χαβασκαδάσαντες ἐκρύπτοντο, διέπεμπον ἐπὶ τὰς νέμοντας φόρου αὐτοῖς κελεύοντες καταβάλλειν τῶν βοσκημάτων, ἢ ἀφιέντας ἐπιτηρεῖν γίνοιτ' ἂν, ἐπαγόμενοι φιλάνθρωπα πειθομένοις, καὶ ἅμυναν τ' ἀλλαχόθεν ἀσθενῆ τοῖς πολεμίοις, σφαγὰς δὲ τ' ἀπειλῶσιν. οἱ δὲ, ἐ γὰ ἦν ἔτερα τούτων ποιεῖν, ἐπροῦντο, καὶ τ' ἐπιβάσιν ἕτοιμον ὁπόσα κελευσθεῖεν ἦγον δὲ καὶ πλείους αὐτοῖς [b] συνελέγετο ἰσχὺς, κύριοί τε ἦσαν ἐφ' οἷς βουλεύσαιντο ἐκ τοῦ ἐξὸν ἐλαύνοντες κακουργεῖν· θεραπεύειν τε αὐτοὺς ἅπαντα πᾶς προσετυγχάνων, καὶ ἦσαν φοβεροὶ καὶ τοῖς ἐπερασομένοις. ὥστε ἤδη ἐπιπολὺ λόγος περὶ αὐτοῦ καὶ παρὰ τοῖς Πάρθων βασιλεῦσι.

Β'. Ὁ δὲ τῆς Βαβυλωνίας σατράπης, μαθὼν ταῦτα, καὶ βουληθεὶς ὑπεροφθῆναι κωλύσαι, πρίν τι μεῖζον κακὸν ἐξ αὐτοῦ ἀναφῆναι, συλλέξας στρατὸν ὅσον [c] ἐδύνατο πλεῖστον, καὶ Παρθυαίων καὶ τῶν Βαβυλωνίων, ἤλασεν ἐπ' αὐτούς, φθάσαι θέλων ἐπιβαλὼν ἐξαίφνης ποιήσασθαι τροπὴν ἐξαγγελτὸς γένηται καταβασκάζων τὸν. [d] ἐπισαββίσας δὲ τὸ [e] ἕλος, ἡσύχαζεν καὶ κατὰ τὴν ὑπάτην, ἣν δὲ σάββατον ἄρχιαι πάντες χρόνματος Ἰουδαίοις ἡμέρα, ὀρθῶς οὐ ταλαιπωρῆ ἀντιξατήσῃ αὐτῷ τὸς πολεμίους, ἀλλὰ ἅμαχὶ λαβὼν ἄξειν δεδεμένους, κατὰ βραχὺ προσήει χρῆζον αἰφνίδιον ποιεῖσθαι τὴν ὑπάτην. Ἀσιναῖος δὲ ἐτύγχανε σὺν τοῖς ἑπομένοις κεκλιμένος, καὶ τὰ ὅπλα παρέκειτο αὐτοῖς, "ἄνδρες, φησὶν, χρεμετισμός μοι ἵππων προσέπεσεν, ἢ φορβάδων, ἀλλ' εἴης γένοιτο ἀνθρώπων αὐλοῖς ὑπηχούντων· ἐπεὶ καί τινος ἀκακρύσεως αἰσθάνομαι χαλινῶν, δέδια, μὴ ἐλπιδώσαντες ἡμᾶς οἱ πολέμιοι προσελθόντες. ἀλλά τις προϊὼν κατόπτης, ἀπαγγελάτω ἡμῖν σαφῆ τῶν ὑποπτευομένων πεποιησόμενος. εἰ δὲ ὄφελον δόξαι μοι λελέχθαι τὰ εἰρημένα." καὶ ὁ μὲν ταῦτα εἶπε, καὶ ᾔρετό τινες [f] προσκοπῆσαι τὸ κινούμενον. καὶ ἡ πεζὴ χ παραλθόντες, "καὶ [g] ὅτι αὐτὸς ψεύδη σαφῶς εἰκάζεις τῶν προσιόντων πολεμίους, [h] ὅτι ὀλίγοι πλείονας ὑπονοεῖν ἥμελλον ἡμῖν ὑβρίζειν παρεσκευάσμεθα δόλῳ, μηδὲν βοσκημάτων ἀφεφέντες, τοσοῦδε ἵππου πλῆθος [i] ἐπελαυνόντος ἡμῖν οὐ δόξαν εἰς χεῖρας κωμῆναι, ἀφ' οὗ τὸ [k] κατεύχεσθαι παρεγγυᾶσι τῶν πατρίων εἰς τὸ ἀργεῖν." Ἀσιναῖος δὲ οὐκ ἄρα γνώμη τῇ κρατίστου κεῖσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τοῖς πολίταις, ἀλλὰ νομιμώτερον ἡγούμενος τοῦ ὑπ' ἀνάγκης [l] τελοῦντας εὐφραίνειν τοὺς πολεμίους, τὸ ἀλυπῆς δεξαμένους· ἀνάγκης, εἰς ἣν ὑπεπέπτωκει, βοηθεῖν πρωτίστοις ἀπολαμβάνοντας εἰ δέοι τελοῦσι, αὐτός τε ἀναλαμβάνει τὰ ὅπλα, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ ἄρασι ὑπεπύει, [m] ἐπὶ τὰ

a Επιμπτον *Busb.* b Συνέλεγετο *Busb.* c Ηδύνατο *Busb.* d Ita lego ex conjectura. ἐπεσσάββισε in *libris.* e *Epiphanius* vertit, *nemoroſum locum, ibidem latitabat.* ἕλος *Heſychio.* πλησιόδης & σύμφυτος φύτον. Infra locum appellat ὕλην. f Προσκοπῆσαι *Busb.* g Ita *Vat.* & *Hen.* & ἔτι αὐτὸς ψεύδῃ σαφῶς εἰκάζεις τῶν προσ. in *Editis Aldinaque.* In *Epiphanii* verſione, *neque tu, inquiunt, falleris, ſed integre conjecta ſti quæ adverſum nos germinat*, quaſi legiſſet, & ὅτι αὐτὸς ψεύδῃ, φασὶν, ἀλλὰ εἰκότως ὑπονοεῖς τῶν προσ. Legi etiam poteſt, τῇ ὅτι αὐτὸς ψεύδῃ φασὶ τινες εἰκότως τῶν προσ. h Sic legendum eſſe conjicio. ἀντιφώνησε γὰρ ἐπιφανῶς ἡμῖν ὑβρίζειν in *libris* omnibus. nihil de iſtis in ſua verſione *Epiphanius.* i Ita *Busb.* ἐπελαύνων in *cæteris.* k Ita in pleriſque *MSS.* καθιέρωσε in *Editis* & *Cod. Vat.* l Τελοῦντων εὐφραίνειν *Busb.* & mox δεξάμενος ἀνάγκης τ' ἀν. *Busb.* & *Vat.* m Τὸν ἐπὶ τὰ ὅπλα *Busb.*

a Ita

τὰ ὅμοια [a] ἀρετῆς. ὁμόσαι οὖν ἵασι τοῖς πολεμίοις, καὶ πολλοὺς κτείναντες αὐτῶν, ἀφ' ὧν τὸ καταφρονοῦντας ὡς ὑπὸ τὰ ἕτοιμα χωρεῖν, εἰς φυγὴν τρέπονται [b] τὸ λοιπόν.

γ'. Ὁ δὲ τῶν Πάρθων βασιλεὺς, ἐπεὶ ἀφίκετο αὐτῷ ἡ ἀγγελία τῆς μάχης, ἐκπλαγεὶς τῷ τολμήματι τῷ τῶν ἀδελφῶν, ἐπιθύμησεν αὐτοῖς ἐλθεῖν ἀφ' ὅτου ἄψεως καὶ λόγων· καὶ πέμπει τῶν πιστοτάτων τῶν σωματοφυλάκων λέγοντα, "ὅτι βασιλεὺς Ἀρτάβανος, καίτοι ἠδικημένος ὑφ' ὑμῶν ὑπερεφώτως αὐτῷ τῇ ἀρχῇ γενομένης, ὅ ἐλάσσονι τιμῇ καθ' αὐτὸν ἐκείνου τῆς ὑμετέρας ἀρετῆς πεποιήμενος, ἀπέστειλέ με [c] δεξιάν τε καὶ πίστιν δώσοντα ὑμῖν, συγχωρῶν ἀδειάν τε καὶ ἀσυλίαν ὁδῶν, χρῆσθαι ὅτι φιλίᾳ [d] προσχωρεῖν πρὸς αὐτὸν, δόλου τε καὶ ἀπάτης χωρὶς· δῶρά τε δώσειν ὑπισχνεῖται ᾗ τιμᾷ, ἅπερ ὑμῖν πρὸς τὴν νῦν ὕστερ ἀρετὴν μείζοσι δυνάμει τὴν οἰκείαν ἀφελεῖν." Ἀσιναῖος δὲ, αὐτὸς μὲν ὑποβάλλεται ὀδοὺς πάσας, καὶ ἀδελφὸν δὲ Ἀνιλαῖον ἐκπέμπει μετὰ δώρων ὑπόσα πρέσθαι λιῶ. καὶ ὁ μὲν ᾤχετο, καὶ ἐντὸς αὐτὸς γίνεται τῶν βασιλέα. Ἀρτάβανος δὲ, ἐπεὶ θᾶττον Ἀνιλαῖον καταμόνας ἦκον, ἤρετο τὸν αἰτίαν τοῦ καὶ τὸν Ἀσιναῖον [e] ἐρυσιπτότα. ἐπεὶ δὲ πεπυσμένος αὐτὸν δείσαντα ὑπὸ τοῦ ἔλεε ὑπομένων, ὅδε τὰς τε πατρῴους θεοὺς ἐπόμνυτο, μηδὲν κακὸν [f] δράσειν αὐτούς, πίστει τῇ αὐτῷ προσχωρήσειν τε καὶ τὸν [g] δεξιὰν ἐδίδου, ὅσῳ μέγιστον τῶν παρὰ τοῖς ἐκείνῃ βαρβάροις τεκμήριον τοῦ θαρσεῖν γίνεται τοῖς ὁμιλοῦσιν. ᾧ γὰρ ἂν ψαύσαντό τις δεξιᾶς ὑπ' αὐτῷ δόσεως [h] γενομένης· ὅδε δὲ πιστεύων ἐποιεῖτο ἐπὶ τοιάσδε ἀσφαλείας δόσις γένοιτο, τῷ τὸ ὑποπτεύειν ἀδικήσειν καθεστηκότων. καὶ Ἀρτάβανος μὲν, [i] ταῦτα πράξας, ἐκπέμπει τὸν Ἀνιλαῖον, πείσοντα τὸν ἀδελφὸν ἐπανελθεῖν. ἔπρασσε δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς χρῆσθαι [k] ὁσιώσιμα τῇ ἀρετῇ τῶν Ἰουδαίων ἀδελφῶν εἰς φιλίαν κτήσασθαι τῶν ἐκείνου σατραπειῶν, ὁ ἀποστάσει τε ὕστερ καὶ διανοίᾳ ἂν ἀποστησομένῳ μέλλων ἐλάσειν ἐπ' αὐτούς. ἐδεδίει γὰρ μὴ καὶ συμμίσγοντι πολέμῳ τῷ [l] ἐκείνῳ κατὰ χώραν τῶν ἀφεστηκότων, αὐξηθῶσιν ὅτι μέγα οἱ περὶ τὸν Ἀσιναῖον καὶ τὴν Βαβυλωνίαν, ἤτοι γε [m] συσσήσαντες ἐπ' ἀκροάσει τῇ αὐτῷ, ἢ καὶ τάτε γε [n] ἀτυχοῦντες τῶν κακῶσαι μείζονες ἂν διαμάρτοιεν.

δ'. Ὁ μὲν δὴ, ταῦτα διανοηθεὶς, ἐκπέμπει. ὁ δὲ Ἀνιλαῖος πιθανὸς λιῶ τῷ ἀδελφῷ, τῶν τε ἄλλων προθυμίαν διηγόμενος τοῦ βασιλέως, καὶ ὅρκους ὃ γε γεγενημένους. ὥστε δὴ ἐπείγοντο ἐς Ἀρτάβανον. ὁ δὲ ἡδονῇ αὐτοὺς δέχεται προσαγομένους, ἐθαύμαζέ τε τὸν Ἀσιναῖον τοῦ ὀξὺ τοῖς πράξεσιν εὐψύχου, cum fortitudine ſeſe gererent. pugnam itaque ineunt cum hoſtibus, multiſque cæſis, quod cum contemptu eorum venerant, quaſi victoriam in manibus haberent, reliquos in fugam conjiciunt.

3. Parthorum autem rex, ubi de pugna illa *certi aliquid* fama acceperat, admiratus fratrum audaciam, eos videndi & alloquendi deſiderio tenebatur; miſitque ad eos fideliſſimum è ſatellitibus *ſuis*, qui diceret, "regem Artaba- "num, quamvis à vobis injuria affectum, ut "qui in regnum ejus invaſeritis, virtuti tamen "veſtræ iram ſuam condonare, meque miſiſſe "dextram vobis fidemque daturum, ab ipſo "concedi, ut ab omni periculo immunes iter "faciatis, quod *magnopere* vellet vos amicitiæ "ergo ad illum adire, nihil doli fraudiſque me- "tuentes: immo & dona *vobis* polliceri, & ho- "norem, qui ex illius potentia multum vobis "conferet ad præſentis virtutis incrementum." Tum Aſinæus ipſe quidem profectionem diſtulit, fratrem vero Anilæum miſit cum ejuſmodi muneribus quæ penes ipſum erant. Et ille quidem *recta* ibat, & *facile* ad regem admiſſus eſt. Artabanus autem, cum videret Anilæum ſolum ad ſe accedere, eum interrogabat quid cauſæ fuerit, quod Aſinæus non ſimul advenerit. Cum autem audiret illum præ metu ſe intra paluſtria continere, patrios Deos teſtabatur, ſe nihil eos læſum ire qui ſeſe ejus fidei commiſerant; dextramque ei protinus dabat, id quod apud omnes iſtius regionis barbaros fiduciam ingerit eos convenientibus. nemo enim fraudem adhibet, ubi dextra ab eo data fuerit; nec eſt ut quiſquam, cui injecta erat aliqua injuriæ ſuſpicio, *de fide* dubitet, qui iſtud auctoramentum acceperit. Et Artabanus quidem, cum iſta feciſſet, dimittit Anilæum, perſuaſurum fratri, ut cum eo reverſuro ad regem veniret. Iſta autem agebat rex, volens fratrum Judæorum virtute veluti fræno coërcere ejus ſatrapias, ne amicitiam cum eo & *ſocietatem* violent, ut quæ tum in eo eſſent ut deficerent, & *forſan* ad defectionem magis adhuc animis propenderent, ſi in illos expeditionem ſuſcepturus eſſet. Verebatur enim, ne, dum ille in bello eo occuparetur, quo defectores in poteſtatem ſuam redigeret, Aſinæus & Babylonii magnum virium incrementum caperent, aut bellum conflaturi cum de iſtis audiverint, aut, ſi hoc facere nequeant, opportunitatem captaturi vicina omnia latius depopulandi.

Artabanus ad Aſinæum & Anilæum de ſocietate & amicitia incunda mittit.

Anilæus, ex conſilio fratris, ſe ad Artabanum confert.

Benigne ab eo exceptus ad fratrem accerſendum dimittitur.

4. Et is quidem, cum in ejuſmodi mente & cogitatione verſaretur, *illum* dimittit. Anilæus autem perſuaſit fratri, & regis voluntatem erga eos & ſtudium prolixe commemorans, fidemq; jurejurando datam: ac proinde ad Artabanum properabant. Ille vero, ubi eò pervenerunt, læte admodum eos excipit, ſimulque mirabatur Aſinæum, quod tam magno animo

Aſinæus una cum Anilæo ad Artabanum proficiſcitur.

a Ita diſtinguo & lego cum *Cod. Bunb.* in *Editis Aliiſque*, ἀρετῆς, ὁμόσαι ἵασι &c. b Τὰς λοιπὰς *Bunb.* c Δεξιὰς in quibuſdam *libris.* d Forſan προσχωρεῖν πρὸς αὐτόν. Vide v. 26. e Ita *Bunb.* ἐφυσιπτότα in *reliquis.* f Δράσειν *Bunb.* g Hæc certiſſima fidei apud Perſas arrha eſt. Videſis *Comment.* in *Juſtinum*, l. XI. c. 15. ſub finem. h Γενομένης *Bunb.* i Οὕτως ἐκπέμπει *Bunb.* k Εὐσεβισμότατον τὸν ἀρετὴν *Bunb.* εὐσεβισμότατον τῇ ἀρετῇ *Suid.* qui locum hunc *Joſephi* verbis aliquot decurtatum affert in voce εὐσεβισμότατον. l Ἐκείνου *Vat.* m Συσσήσαντες ἐπ' ἀκ. τῇ αὐτῶν, ἢ & τότε γε ἀτυχοῦντες *Vat.* & *Hen.* n Ita reſcribendum cenſui, quamvis ἀτυχοῦντες habeant *libri* omnes. *Epiphanius* locum vertit ad hunc modum, *Agebat autem hæc, opus habens illis fratribus, pro tutamine illius ſatrapiæ, eo quod in aliena regione facile poſſent ab imperio ſuo decedere, ut antequam tale aliquid contingeret, ipſe eos per amicitiam occuparet. timebat enim ne in Babylonia plurimi ſe Aſinæo conjungerent, & ille manu valida congregata, præſertim in illis locis tam munitiſſimis, facile ſe à Perſarum imperio defenſaret.* o Οἱ δὲ ἀδελφοὶ ἐπείγοντο ἐπὶ τὸν Ἀρτ. *Bunb.* & mox ἐς δὲ ἡδονῇ.

a Τὸ

Aſinæum mirator Artabanus.

mo res gereret, cum cerneret ipſum videri ſtatura valde puſillum, primoque aſpectu facere ut contemptui eſſet iis qui eum convenirent, ac ſi eum pro nihilo ducerent; porroq; ad amicos ajebat, quod animum præ ſe tulerit, longe corpore, ſi ei conferatur, majorem. cumq; inter bibendum eum oſtenderet Abdagaſi, uni è prætorianis præfectis, & qui vir eſſet ei indicabat, & quam ſtrenue in acie dimicaret. Abdagaſe autem poſtulante, ut ei concederetur illum interficere, atque adeò pœnas tot injuriarum ab eo repetere, quas Parthorum imperio intulerat; "atqui non eſt, inquit rex, ut

Ejus ſalui proſpicit.

"hoc permittam in virum, qui meæ fidei ſe "credidit, præſertim cum dextram ei miſerim, "operamque dederim ut jurejurando adhibito "ei fidem facerem. Quod ſi vir ſis belli ſciens "fortiſque, nihil opus eſt ut meo perjurio uta- "ris ad injurias Parthorum imperio illatas ul- "ciſcendas: revertentem itaque adortus, eum "viribus tuis per me licet opprimas, dum tuum "mihi lateat conſilium." Mane deinde accito Aſinæo, "Tempus tibi eſt, inquit, ad tuos "concedere, ô juvenis, etiam ne plures è du- "cibus meis qui mecum ſunt ad te occiden- "dum irritentur, me ignaro nec opinante. "Tuæ autem fidei committo terram Babylo- "niam, ut eam tua cura tutam à latrociniis & "illæſam cuſtodias. Æquum autem eſt ut te "mihi benignum habeam, qui fidem meam "tibi inviolatam præſtiti, cum non de rebus "leviculis ageretur, ſed quæ ad ſalutem tuam "ſpectabant & incolumitatem." Cum iſta di-

Muneribus auctum dimittit.

xiſſet & Aſinæum muneribus auxiſſet, ſine mora ad ſuos eum dimittit. Ille vero domum reverſus, caſtella partim nova condidit, partim vetera munitionibus firmavit: brevique eò potentiæ crevit, quantam alius ante ſe nemo adeptus eſt, qui ex hujuſmodi initiis rerum gubernaculo ſe admovere auſus eſt. Parthorum etiam duces, qui in vicinas provincias mittebantur, eum colebant & obſervabant: nam parva res meritiſque ſuis levior *illis* viſus eſt honos, quem à Babyloniis habuit. Erat autem in auctoritate *magna* & poteſtate, jamque omnia in Meſopotamia negotia ab illius nutu pendebant & arbitrio, ejuſque felicitas per annos quindecim indies magis magiſque augebatur.

Origo calamitatis quæ in fratres invaſit.

5. Cæterum cum bonis omnibus florerent *affluerentque*, eis adhærere cœpit mali labes ex hujuſmodi cauſa, poſtquam à virtute deſciverant, qua in tantam provecti ſunt potentiam, eamque in contumeliam verterant, à patriis moribus lapſi in voluptatum cupiditates. Cum forte veniret ad vicinam regionem adminiſtrandam Parthorum quidam dux, quem comitata eſt etiam uxor, quæ & cæteris dotibus laudes aliis præripuerat omnibus, præcipueque mirabili formæ elegantia, quæ ad hoc efficiendum maximo erat momento, ejus, ſive quod aliquid de pulchritudine illius fama

Aſinæus Parthicæ mulieris amore captus.

acceperat, ſive oculos in eam conjecerat, amator ſimul & hoſtis exſtitit Aſinæi frater Anilæus,

θεαρῶν παντελὲς ὄντα ὀφθῆναι βραχύ τι καὶ τοῖς τὸ σῶμα ἄγαν συνελθοῦσι δόξαν καταφρονήματος ἀφορμὰς, ὡς ῥᾳδίαν κείνοιν αὐτὸν, φησί τι πρὸς τοὺς φίλους, ὡς μείζονα πάντα σοφίσασθαι παρέχοιτο τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος. σοφόν τε πρὸς ἐκεῖνος ὁ Ασιναῖος Αβδαγάσῃ [a]τῇ αὐτῇ στρατοπεδαρχῶν, τό, τε ὄνομα ἀφαιρεῖ, καὶ τὴν πᾶσαν ἀρετὴν ᾗ [b]χρῶτο εἰς πόλεμον. ᾧ δὲ Αβδαγάσου κελεύοντος συγχώρημα αὐτῷ γενέσθαι κτείναντα αὐτὸν ποινὴν ἐπιθεῖναι ὑπὲρ ὧν ἔδρασεν εἰς τὴν Παρθυαίων ἀρχὴν, "ἀλλ' οὐκ ἂν, ἔ- "φη ὁ βασιλεὺς, συγχώρημα δοθὲν ἐπ' ἀνδρὶ [c]πίστει τῇ "εἰς ἐμὲ πεφαρμάκοπι, καὶ σοφιεῖ δεξιάν τε πέμψας, "καὶ θεῶν ὅρκους πίστεως γενέσθαι κοινωνίας. εἰ δὲ ἀνὴρ "τυγχάνεις, τὸ πόλεμα ἀγαθὸς, μηδὲν ὀκνήσας χρή- "ζων τῆς ἐμῆς Παρθυαίων [d]ἀνδρὶ τὴν ἀρχὴν σεισ- "σομένην· ἐπαναχωρῶν γὰρ ὀπίσθιος σεισθήσῃ "κράτει τῷ σοὶ, καὶ μετ' ἀγνοίας τῆς ἐμῆς." ἔσ- χεν δὲ μεταπαλίσας ὁ Ασιναῖος, "ὥρα σοι, φησὶν, ὦ "παῖ, χωρεῖν ὀπὶ τὰ σαυτοῦ, καὶ μὴ πλείοσι τῶν "σοφωτάτων τὴν ὀργὴν ἐρεθίσαις, ὀπτχειρεῖν "σοι τῇ σφαγῇ, καὶ δίκα γνώμης τῆς ἐμῆς. σοφω- "τάτην δέ σοι δίδωμι τὴν [e]Βαβυλωνίων χώραν, ἀλλὰ "σαυτόν τε, καὶ ἀπαθῆ κακῶν ἐσομένην ἐμοῦ τε σοῦ "φροντίδων. ἄξιον δέ μοι τυγχάνειν σοῦ χρηστοῦ ἀπο- "πάλιν σοὶ παρασχόμενον τὴν ἐμαυτοῦ πίστιν, οὐκ "ὀπὶ κύφοις, ἀλλ' ὀπὶ τοῖς εἰς σωτηρίαν ἀναπεμέ- "νοις." Ταῦτα εἰπὼν [f]καὶ δῶρα δούς, ὁπηνίκα ἐκπέμ- πει τὸν Ασιναῖον. ὁ δὲ εἰς τὴν οἰκείαν παραγινόμε- νος, φρούρια κατασκευάζει, καὶ ὁπόσα [g]πρότερον ἰσχύσῃ, μέγας τε ὢν ὀλίγῳ ἐγγύθεν, καὶ [h]οἷος οὐκ ἄλλος τῶν πρότερον ἐκ τοιαύτης ἀφορμῆς ἅψασθαι πραγμάτων ὁ τολμῆς γεγονότων. Παρ- θυαίων τε αὐτὸν ἐθεράπευον οἱ ζώντι καταπεμπόμε- νοι στρατηγοί· μικρὸν γὰρ ἐδόκει καὶ τῆς κατ' αὐτὸν [i]ἦσαν ἀρετῆς ἢ ὀκ Βαβυλωνίων πρεσβεῖα τιμή. ἐν δὲ ὀλίγῳ ἀξιώματι καὶ δυνάμει· πάντά τε ἤδη τὰ ὀπὶ τῆς Μεσοποταμίας πρὸς αὐτὸν ἦρτο πρήγμα- τα, πρόσοδός τε αὐτῷ ἡ εὐδαιμονία ὀπὶ ἔτη πεν- τεκαίδεκα.

ε'. Ἀκμαζόντων δὲ αὐτοῖς τῶν ἀγαθῶν, ἀρχὴ αὐ- τοὺς ὀπικαταλαμβάνει κακῶν ὀκ τοιάσδε αἰτίας, ἐπεὶ δὲ τὴν ἀρετὴν, ἧ προύκοψαν ὀπὶ μέγα δυνάμεως, ὑπερέπεσον εἰς ὕβριν ὀπὶ παραβάσει τῶν πατείων ἔτων ὀπιθομιῶν καὶ ἡδονῆς ἐμπεσόντες. τῶν Πάρθων τινὶ, στρατηγὸς δὲ ἀφίκετο τῶν ταύτῃ χωρίων, [k]ἅμα δὲ καὶ ἦπτετο γαμετὴ, τά τε ἄλλα καὶ εἰς τὸ ἐπαιρεῖ- σθαι πρόφασιν πασῶν, καὶ μείζονα ῥοπὴν ἐπ' αὐ- τῷ λαμβάνουσα θαύματι τοῦ εὐπρεποῦς, ταύτης εἴτε ἀκοῇ τῆς εὐπρεπείας ὑμάλων, εἴ τε καὶ ἄλ- λως αὐτόπτης γενόμενος Ανιλαῖος, ὁ τοῦ Ασιναίου ἀδελφὸς, [l]ἐρασθεὶς τ' ἐγγύθεν καὶ πολέμιος, τὸ μὲν πρὸ

a Τῇ αὐτῇ στρατοπεδάρχῃ Busb. b Ita Busb. χρῶντο in reliquis. c Πίστει τῇ ἐμῇ Busb. d Eo modo Busb. ἀνδρὶ in cæteris. e Βαβυλωνίαν γῆν Busb. f Καὶ δῶρα δίδωσι Busb. quæ lectio amplectenda, nisi ἐκπέμπει mox aut ἔπεμπε denotet. g Voculam ἦν poſt πρότερον inſerit Busb. h Ita lego. ὑπὸν in libris. i Forſan ἦσαν. k Antea erat ᾧ δή. l Ita lego, antea erat, ἐρασθεὶς τε γεγόνει.

a Ἐπιχειρο-

ἐπὶ τῷ μὴ ἄλλως ἐλπίζειν ἐκπεφεύσεσθαι τὴν συμφοράν τῆς γυναικός, μὴ τὴν ἐξουσίαν ὡς ἐπ' αὐτῇ κτηθείσῃ καθελαβών, τὸ δὲ ἐπὶ τῷ δυσαπόπλεκτον κείσεσθαι τὴν ἐπιθυμίαν. ἅμα τε οὖν πολέμιος ἐπ' αὐτοῖς ἀνὴρ [a] ἐκεχειρότονητο, καὶ μάχης ἐπακτὸς γενομένης [b] πεσόντος, ἀνηρημένου ἀλῶσα ἐγεγάμητο ἑρμῇ. ὑμοῦ δὲ ὄχλα γε μεγάλων δυσχρηστιῶν Ανιλαίῳ τε ἅμα αὐτῷ καὶ Ασιναίῳ γυνὴ ἀφίκετο εἰς τὸ οἶκον αὐτῶν, ἀλλὰ σύν τινι μεγάλῳ κακῷ, ἀφ' τοιούτου αἰτίας. ἐπεὶ γὰρ τὸν ἀνδρὸς τεθνηκότος ἀχμάλωτος ἦγετο, ἀφιδρύματα τῶν θεῶν, ἄνδρ τῷ ἀνδρὶ καὶ αὐτῇ πατρῷα ἐᾧ· ὑπεχώρουν δὲ τοῖς οἰκείοις πᾶσιν ὄχοι ὅτι τε τὸ οἰκεῖον ἔχειν σεβάσματα, καὶ ἴσον ὅτι ξένης συνεπάγεσθαι· [c] παρεφέλλυσα, καὶ ταύτῃ ὅ πατρῷ τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἔθος συναπήγετο. καὶ τὸ μὲ πρῶτον λεληθότος αὐτὸν θρησκείαν ἐποιεῖτο· γαμετὴ δὲ προσδεχθεῖσα, ἤδη κρόπῳ τῷ αὐτῆς εἰωθότι, καὶ μᾶλ' οἷον νομίμων ὑπὸ ὅ πρότερα ἀνδρὸς, ἐθεράπευεν αὐτάς. καὶ τ' ἑταίρων οἱ μάλιστα πιμώμενοι πρ' αὐτοῖς, ὅ μὲ πρῶτον ἐπέσκηπτον, ὡς ὑδαμῶς πρέποι Εβραϊκὰ, ὑδὲ ὁπόσα νόμοις τοῖς αὐτῶν προσφορα, γυναῖκα ἀγρθμὸς ἀλλόφυλον, καὶ προσβάπτουσαν θυσιῶν καὶ σεβασμῶν τ' αὐτοῖς εἰωθότων τ' ἀκρίβειαν. ὁρᾶν οὖν μὴ τὰ πολλὰ τῇ ἡδονῇ τῆ σώματος συγχωρῶν ἀπολέσῃ τὸν ἀρχὸν [d] ὅ εὐσεβεῖς, καὶ τὸν εἰς τὸν ἐπὶ τῆ Θεῆ προελθοῦσαν ἐξουσίαν. ἐπεὶ δὲ ὑδὲν ἐπέραινον, ἀλλά καί τινα αὐτῶν τὸν μάλιστα πιμώμενον, ὅτι παῤῥησίᾳ πλείοσι χρήσαιτο, ἀπέκτειν· ὑ δὲ κλεινόμενος [e] εὐσεβείᾳ τῇ τῶν νόμων ὅ κτείναντος αὐτὸν τιμωρίαν ἐπιφέρασθαι ἀπ' τε Ανιλαίῳ ὑ Ασιναίῳ, [f] καὶ πᾶσιν ἑταίροις ὁμοίαν ὑπὸ τ' ἐχθρῶν ἐπαχθεῖσ' γενέσθαι πολλῷ τινὶ, τοῖς μὲν, ὡς ἠμεμόσι παρανομιῶν γεγονόσι, τοῖς δὲ, ὅτι μὴ βοηθῶεν αὐτοῖς τοιάδε πάσχοντι ἀφ' ὅ ἐκδικεῖν τοῖς νόμοις· ⓐ δὲ ἐκαρώσσοντο μὲν, ἠνείχοντο δὲ, μιμνησθέντες οὐκ ἐξ ἄλλης αἰτίας, ἀλλ' ἰσχύι τῇ ἐκείνων, τῇ εὐδαιμονίᾳ συνελθόντες. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν θεραπείαν ἀκροῶνται [g] τῶν θεῶν τῶν Παρθυαίοις τιμωμένων, οὐκ ἔτ' ἀνεκτὸν ἡγήσαντο τῷ Απλαίῳ τὸ ὑβρίζειν εἰς τὸς νόμους, ὅτι τὸν Ασιναῖον ἐλθόντες καὶ πλείονες ἤδη κατεδόων ὅ Απλαίου, φάμενοι καλῶς ἔχειν, εἰ μὴ πρότερον κατ' αὐτὸν ἐσκοπεῖτο ὅ ὠφελῆσι, ἀλλὰ νῦν γῆν ὑπερφρονῆσαι τοιαῦτ' τῦ γεγονότ', πρὶν ἢ τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνῳ τε καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις γενέσθαι εἰς ὄλεθρον ἀναπεμφθῆναι· τόν τε γάμον τῆς ἀνθρώπου λέγοντες ὑ μετ' αὐτοῦ, ὅτι αὐτοῖς εἰωθοτῶ τεθεῖσθαι νόμων, καὶ τὴν θρησκείαν ἣν ἐπιτηδεύοι ἡ γυνὴ ἐπ' ἀπεμάσσει τῆ Θεοῦ ὅ αὐτοῖς σεβασμίᾳ προσηκ. ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ἤδει μὲν τὴν ἁμαρτάδα ὅ ἀδελφῆ μεγάλων αἰτίαν ὄντ' κακῶν, ὑ ἐσομένην, ὑ μὴν ἀλλὰ ὑ ἠνείχετό γε εὐνοίᾳ ὅ συγγενῆς νικώμενος, ὑ συγγιγνώσκων νέμων, ὡς ἐπὶ τὸ χρεῖττονος κακῆ ὑ ἐπιθυμίᾳ νικωμένῃ. ἐπεὶ δὲ πλείους τε

partim quidem quod nulla ei ſupereſſet ſpes potiundi muliere, niſi eam quaſi vi captam in poteſtatem ſuam redigeret, partim vero quod cupiditati ſuæ ſe reſiſtere non poſſe crediderit. Simul itaque ac mariteus hoſtis illis declaratus fuiſſet, & pugna inita acie cecidiſſet, oculiſi uxor captiva nupta erat amatori *ſuo*. non tamen ſine magnis calamitatibus, & ipſi Aniſæo & Aſinæo importatis, in domum illorum ingreſſa eſt mulier, ſed cum magno illorum malo ex hujuſmodi cauſa. Poſtquam enim viro *priore* mortuo captiva duceretur, ſimulachra deorum ſibi maritoque ſuo geſtilitia (moris enim eſt omnibus in illa regione & domi habere numina, ſecumque, cum peregre irent, geſtare) occultatabat, & atque ita patria conſuetudine ſecum aſportabat. & primo quidem ea clam omnibus colebat: cum autem facta eſſet uxor, ſuo priſtino more, iiſdemque quibus ſub priore marito aſſueverat ritibus, Deos venerata eſt. Tunc ſocii eorum, quos maximi faciebant, leviter eum primo reprehendebant, quod nequaquam ex inſtitutis Hebraïcis convenienterque illorum legibus ageret, in uxorem accipiendo mulierem alienigenam, & quæ ſacrificiorum cultuſque religioſi ritus illis accurate præſcriptos violaret. Videndum itaque ne dum nimium concedat corporis voluptati, à principatu excidat formæ cauſa, & à poteſtate quæ jam Dei auſpiciis eouſque proceſſerat. Poſtquam vero nihil proficiebant, accidit que ut quidam è ſuis, quem maximi faciebant, interficeretur, quod paulo liberius loquutus fuerit (qui & ipſe moriens ex ſuo in leges amore precatus eſt Deum ut vice interfectoris pœnas penderent Aſinæus ipſe & Anilæus, cunctique ſocii ſimili ab hoſtibus morte plecterentur, quod illi quidem ſcelerum auctores fuerint, hi vero auxilium ei non tulerint, talia patienti dum leges vindicatum iret) gravi dolore afficiebantur, patienter tamen ferebant, utpote ſibimet conſcii quod in univerſum illorum virtuti præſentem acceptam deberent felicitatem. Cum autem audirent de cultu deorum quos Parthi venerantur, contumeliam Anilæi in legem *ſuam* haud amplius tolerandam eſſe rati, factoque plurium concurſu ad Aſinæum, vociferabantur in Anilæum, dicentes, oportere eum, ſi prius parum potuit quid utile ſit diſpicere, nunc certe quod factum fuerit corrigere & emendare, antequam contigerit ut & ipſe & alii omnes peccati iſtius pœnas ſua pernicie luant; atque exprobrantes *ei* nuptias cum muliere *alienigena*, neque ex illorum conſuetudine neque receptis patriæ legibus congruenter factas, cultumque *deorum*, quem in Dei ab illis adorati opprobrium mulier illa inducere ſatagit. Ille autem & ipſe probe novit, fratris peccatum magnorum malorum cauſam exſtitiſſe, porroque futurum eſſe; veruntamen tolerabat, benevolentiæ cedens ex cognatione orta, eique ignoſcens quod mala cupiditate ſe fortiori teneretur. Sed cum plurium indies

Nuptiæ Anilei & Parthicæ mulieris.

Anilæo ob uxoris mores irascuntur ſocii.

Is à ſuis leviter reprehenſus quendam interficit.

Anilæus apud Aſinæum accuſatur.

concurſus

a Ἐκεχειροτόνητο κτείλαν κτείναν ἢ μ. depravate in *Codd. Hen. Vat.* & *Gall.* b Eo modo diſtinguendum cenſui; & in verſione ἡ γυνὴ ſupplevi poſt ἀνηρημένου. prius abſque commate poſt πεσόντος lectum erat. c Ita *Bunb.* ἐφεσέλλυσα in *cæteris* omnibus. d Hic ellipſin eſſe puto ὅ ὑπὲρ aut ἵνα. e Ita lego cum *Cod. Bunb.* εἰσεβείᾳ τῇ τ' νόμων ἢ κτ. in *Editis Aliiſque*. Forſan εἰσεβείαν τ' νόμων, at ellipſis ſit voculæ ἀφ'. f Sic *Bunb.* & *Epiphan.* g πᾶσιν ἐτέροις in *reliquis*. h Illud τ' è *Codd. MSS.*

concurſus ad eum fieret, majoreſque ederentur clamores, tunc demum de iſtis Anilæum alloquitur, & de anteactis eum objurgans, jubenſque ut in poſterum ita facere deſinat, mulieremque domum ad cognatos remittat. Nihil tamen hac admonitione profectum eſt. Mulier autem ſentiens ſui cauſa tumultuari populum, & verita ne Anilæo propter amorem ſui durius aliquid accideret, veneno, quod Aſinæo in cibis miſcuerat, hominem ſuſtulit: nec quidquam metuebat ex iis quæ perpetraverat, quod judicem habitura eſſet *virum* ipſam perdite amantem.

Aſinæus ab Anilei uxore veneno ſublatus.

6. Cæterum Anilæus, cum imperium jam ſolus ſuſcepiſſet, exercitum educit in vicos Mithridatis, viri apud Parthos primarii, & qui Artabani regis filiam in matrimonium acceperat: eoſque magna præda abacta populatus eſt. & magna quidem pecuniæ & mancipiorum vis in illis reperta eſt, multaque pecora & alia quamplurima quæ ea habentibus vitam faciunt beatiorem. Mithridates vero, qui tum forte in ea erat regione, audita vicorum expugnatione, indigne ferens quod Anilæus, quem non ante laceſſiverat, ipſum injuria afficere cœperit, ſuamque in præſenti dignitatem inſuper habuerit, poſtquam tantum equitatus, quantum poterat, collegiſſet, & ex omnibus eos qui ætate florerent, Anilæo obviam ibat, quaſi cum eo acie congreſſurus. Cumque ad vicum quendam è ſuis perveniſſet, illic ſe continuit & quieſcebat, quaſi poſtridie pugnam initurus, utpote Sabbati die, quem fauſtum in otio agunt Judæi. Anilæus autem cum iſta reſciviſſet ex homine alienigena, Syro genere, alterius vici incola, qui & alia diligenter ei narrabat, & locum ubi Mithridates *cum ſuis* epulaturus eſſet, ſumpta tempeſtive cœna, nocte iter faciebat, eo animo ut Parthos omnium quæ agerentur ignaros adoriretur: & circa quartam vigiliam eos adortus, alios quidem dormientes interficit, alios vero in fugam vertit. Mithridatem autem *ipſum* cum vivum cepiſſet, ſecum abducebat, nudum aſino impoſitum, quæ apud Parthos graviſſima habetur contumelia. Cumque in ſylvam tali propoſito eum perduxiſſet, juberentque amici ut Mithridatem occideret, ille ad diverſa contendens eos perdocebat: "nequaquam è re ſua "eſſe ut Mithridatem occiderent, ut qui pri-"mæ eſſet dignitatis inter Parthos, majorique "in honore quod ex nuptiis arctiori neceſſi-"tudine cum rege conjungeretur. nunc enim "toleratu haud difficilia eſſe quæ fecerant, & "licet contumelia affectus fuerit Mithridates, "quòd tamen vitam conſervatam vobis acce-"ptam debuerit, non obliturum eſſe gratiam il-"lis referre qui hujuſmodi beneficium *ei* dede-"rint. Sin vero malorum graviſſimum patie-"tur, non conquieſcet rex, donec magnam Ju-"dæorum in Babylonia ſtragem ediderit, qui-"bus *ſane* ut parceretur bene ſe haberet, tam

Mithridatem captum abducit.

Anilæus in Mithridatem educis exercitum.

ὁσημέραι [a] συνεστρέφοντο, καὶ πλείους ἦσαν αἱ καταβοαί, τὰ μὲν δικαιοῦντα δὴ φησὶ δεῖ αὐτὴν πρὸς Ανιλαῖον, τοῖς τε πρώτοις γεγονόσι ἐπιτιμῶν, καὶ παύσασθαι τὸ λοιπὸν κελεύων τὸν ἄνθρωπον ἐκποιεμψάμενον εἰς τοὺς συγγενεῖς. ἐπράττετο δὲ ἐκ τῶν λόγων. ἡ δὲ γυνὴ δεδιυῖα μή τι ὀργῇ τοῦ κατηγόρους τοὺς λαοὺς ἐπ' αὐτῷ, διδοῖκυῖα δὲ τοῦ Ανιλαίῳ [b] μή τι πάθοι ἔρωτι ὃν πρὸς αὐτὸν, φάρμακον τῷ Ασιναίῳ δοῦσα ἐν τοῖς σιτίοις, μεθεῖσε τὸν ἄνθρωπον, ἀδήλως τε ἑαυτῇ ὅτι κριτὴν τοῦ πρὸς αὐτὸν παραθησομένην τῷ ἐρωτὶ γενομένῳ.

ϛ'. Ανιλαῖος δὲ, καταμόνας ἤδη τὸν ἡγεμονίαν παραλαβών, ἐξάγει στρατὸν ἐπὶ τοὺς Μιθριδάτου κώμας, ἀνδρὸς πρώτου ἐν τῇ Παρθυαίᾳ, καὶ βασιλέως Αρταβάνου τὸν γαμβρὸν γεγαμηκότος, ἀφ' ἁρπαγῆς τε ἦσαν αὐτοῖς. καὶ πολλὰ μὲν χρήματα καὶ ἀνδραπόδων εὐεισκίτων, πολλά τε πρόβατα, ἄλλά τε πολλὰ ὁπόσα ἐπὶ πρὸς τὸν εὐδαίμονος ὠφελῆ τοῖς ἔχουσι. Μιθριδάτης δὲ, ἐτύγχανε γὰρ τῇδε [c] ὤν, ἐπεὶ ἀκούει τὴν κώμην τὸν ἄλωσιν, ἐν δεινῷ φέρων [d] ὁπότε μὴ πρότερον ἄρξαντος ἀδικεῖν Ανιλαῖος ἄρξαιτο, καὶ παρόντος τοῦ ἀξιώματος ὑπερθὲν, ἱππέας συναγαγὼν πλείους ὅσους ἐδύνατο, καὶ τὴν πλείστην τὰς ἐλπίδα, παρεῖν ὡς προσμίξων τοῖς περὶ Ανιλαῖον. καὶ ἔν τινι κώμῃ τὴν αὐτὴν καταλαβὼν ἡσύχαζεν, ὡς τῇ ὑπιούσῃ [e] μαχησόμενος ἀφ' τὸ εἶναι Σάββατον ἡμέραν τοῖς Ιουδαίοις ἐν ἀργίᾳ ἀφιγμένοις. Ανιλαῖος δὲ ταῦτα πυθόμενος παρ' ἀνδρὸς Σύρου ἀλλοφύλου ἐξ ἑτέρας κώμης, τά τε ἄλλα φράζοντος ἀκριβῶς, καὶ τὸ χωρίον ἔνθα Μιθριδάτης ἤμελλε [f] δαινυσθαι, δειπνοποιησάμενος καθ' ὥραν ἤλασε νυκτὸς ἀμαθίαι τῶν ποιουμένων χρήζων [g] τοῖς Παρθυαίοις ἐπιπεσεῖν. καὶ περὶ φυλακὴν τετάρτην ἐπιπεσών, τοὺς μὲν ἐπὶ κοιμωμένους ἀναιρεῖ, τοὺς δὲ εἰς φυγὴν [h] τρέπει. Μιθριδάτην δὲ ζωγρίᾳ λαβὼν, ἦγεν ὡς αὐτὸν ἐπὶ ὄνου γυμνὸν ἀναβήσας, ὅπερ ἀτιμιῶν μεγίστη νομίζεται παρὰ [i] Παρθυαίοις. καταγαγὼν δὲ εἰς [k] τινὰ ὕλην μετὰ τοιοῦτου ὁρίσματος, καὶ κελεύοντων τῶν φίλων ἀναιρεῖν τὸν Μιθριδάτην, ἀνεδίδασκεν αὐτοὺς ἀποδύων αὐτὸς ὁπόσα· "μὴ γὰρ καλῶς ἔχειν ἀναιρεῖν ἄνδρα γέ-"νους τε ὄντα τοῦ πρώτου παρὰ Παρθυαίοις, καὶ "ἐπιγαμίᾳ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα μειζόνως τιμώ-"μενον. νῦν μὲν γὰρ ἀνεκτὰ εἶναι τὰ πεπραγμέ-"να· καὶ γὰρ [l] εἰκὸς ὕβρεσιν Μιθριδάτην, ἀλλ' οὖν "σωτηρίᾳ τῆς ψυχῆς [m] εὐεργετούμενον χάριτος "μνήσασθαι τοῖς τὰ τοιάδε εὐδοκοῦσι. [n] παθόν-"τος δέ τι ἀήκεστον, οὐκ ἀτρεμήσειν βασιλέα, [o] μὴ "οὐ μεγάλῃ σφαγῇ Ιουδαίων τὸν ἐν Βαβυλῶ-"νι [p] ποιησάμενον, ὃν φείδεσθαι καλῶς ἔχειν, ἀφ' τε "τοῦ

[a] Συναστρέφοντο *Busb.* [b] Ita in *Editis.* μηκέτι *Busb.* [c] Voculam ὢν infertum dedi ex *MSS.* [d] Οτι μὴ ἄρξαντος ἀδικεῖν Ανιλαῖος ἄρξαιτο *Busb.* [e] Μαχούμενος *Busb.* [f] Ita diſtinguo cum *Cod. Busb.* & *Epiphan.* δαίνυσθαι δειπνοποιησάμενος, καθ' ὥραν ἤλασε in *Editis Aliiſque.* [g] Τοῖς ἑωυτῶν *Busb.* & *Epiphan.* [h] Τρέπεται *Busb.* [i] Πάρθοις *Busb.* [k] Supra p. 828. τὸ ὕλον. [l] Εἰκὸς ὕβρεσιν *Busb.* [m] Εὐεργετούμενον μεμνῆσθαι χάριτος τοῖς τοιάδε π. *Busb.* [n] Ita lego & diſtinguo cum *Cod. Busb.* παθόντος δέ τι ἀήκεστον οὐκ ἀτρεμήσειν βασιλέα in *Editis Aliiſque.* [o] Iterum cum *Cod. Busb.* non diſſentiente *Epiphanio.* perperam antea erat, μὴ οὐ. [p] Ποιησάμενον *Busb.* & mox, ὄχειν, ἀφ' τὸν ε.

"τὴν συγγένειαν, καὶ ἅμα τὸ μὴ ἀναστροφὴν ἔσαι ἂν "αὐτοῖς, πάσματος τιν⟨ος⟩ γενομένου, [a]τῇ κατ' ἐκεί-"νους ἀκμῇ πληθύι χρώμενον." καὶ ὁ μὲ ⟨ταῦτα⟩ διανοηθεὶς καὶ φράσας ἐν τῷ συλλόγῳ, πιθανὸς λιὸ ἀφίεταί τε Μιθριδάτης. [b]ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν ὠνείδιζεν ἡ γυνὴ, εἰ μὴ προμήσεται βασιλέως τε γαμβρὸς ὤν, καὶ ⟨οὕτω⟩ [c]τιμωρήσεται τοὺς ὑβρίσαντας εἰς αὐτὸν περιόμενος, ἀγαπᾷ δὲ τὴν σωτηρίαν μετὰ αἰχμαλωσίας ὑπὸ Ιουδαίων ἀνδρῶν [d]γενομένης. "καὶ νῦν ἐπανάδραμε τὴν ἀρετὴν, ἢ φεύγε ἐπὶ-"μενος τοὺς βασιλέους, ἢ μὴν προλυθήσεσθαι τῆς "πρὸς σὲ ὑπὲρ γάμῳ κοινωνίας." ὁ δὲ αὖ, τοῦτο μὲν τὴν ὀνειδῶν τὴν καθημέραν ἀχθηδόνα μὴ φέρων, τοῦτο δὲ τῆς γυναικὸς τὴν μεγαλοφρονοῦσαν διὰς μὴ προλύοιτο αὐτῷ τὸν γάμον, [e]ἄγει μὲν καὶ μὴ βουλόμενος συνάγει γοῦν πρατὸν ὅσον ἠδύνατο πλεῖστον, [f]καὶ ἐλαύνει, οὐκ ἀναμενῶν ⟨ἀπολαμβάνειν⟩ ἔτι καὶ αὐτὸς τὴν σωτηρίαν, εἰ Παρθυαῖος ὢν ⟨ὑπὸ⟩ Ιουδαίων προσηθοῖτο ἀντιπολεμήσειν.

ζ. [b]Ανιλαῖος δὲ, ὡς μανθάνει προσελαύνοντα δυνάμει πολλῇ τὸν Μιθριδάτην, ἄδοξον ἡγησάμενος τὸ μένειν ἐν τοῖς ἕλεσιν, ἀλλὰ μὴ φθάσας ⟨προκατα⟩βάζειν τοὺς πολεμίους, εὐτυχίᾳ τε τῇ πρότερον ἐλπίζων ὁμοίως προάξειν τοὺς πολεμίους, καὶ τὸν τε τόλμησιν καὶ εὐπλοΐαν θαρρεῖν προτυγχάνειν, ἐξῆγε τὴν δύναμιν. πολλοί τε πρὸς τὸ οἰκεῖον στρατὸν προσεγένοντο αὐτῷ κατ' ἁρπαγὴν τῶν ἀλλοτρίων προσπο-ούμενοι, καὶ ὅπου πάλιν προεκπλήξοντες τοὺς πολε-μίους. προσῆσαν δὲ αὐτοῖς εἰς σταδίους ἐνενήκοντα, [i]καὶ ἀφ' ἧς ἀνύδρου τῆς πορείας γενομένης, καὶ μεσημ-βρίας [k]ὄσης, τότε δὴ τι τὸ δίψος, καὶ Μιθρι-δάτης ὀφθεὶς [l]προσέβαλλε πεπαλαιπωρημένοις ἀπειρία τοῦ πιεῖν, καὶ δι' αὐτὸ καὶ τὴν ὥραν φέρειν τὰ ὅπλα μὴ δυναμένοις. τροπή τε οὖν ἦν τοῖς Ανιλαίοις αἰσχρὰ, ἀφ' ὧν ἀπειροκαλίας ἀκρατεῖς ὄν-τες προσφέρεσθαι, καὶ φόνος πολὺς, πολλαί τε μυ-ριάδες ἔπεσον ἀνδρῶν. Ανιλαῖος δὲ καὶ ὅσοι περὶ αὐτὸν ἦσαν συνεχὴς [m]ὀφὶ τῆς ὕλης ἐπανεχώρησαν φυγῇ μεγάλῃ, νίκης τῆς ἐπ' αὐτοῖς χαρὰν Μιθρι-δάτῃ παρασχόντες. Ανιλαίῳ δὲ προσῆλθε πλῆθος [n]ἄπειρον ἀνδρῶν πονηρῶν ὀλίγῳ τὴν σωτηρίαν ποιη-σόμενοι, ῥᾳστώνης χάριν τῆς εἰς τὸ παρὸν, ὅτε ἀνα-πάντων τὴν τούτων προσοδον γενέσθαι πλήθους τῶν ἀπαλαιότων. οὐ μὴν ὅμοιοί τε ἦσαν τοῖς πεπλεκόσι ἀφ' ὧν ἀμελέτητον. ὑ μὴν ἀλλὰ ⟨ἐν⟩ [o]τούτοις ὀφθεῖσα τὰς κώμας τῶν Βαβυλωνίων, ἀνάστατά τε ἦν πάντα ⟨ταῦ-τα⟩ ὑπὸ τῶν Ανιλαίου ὑβρεως. καὶ Βαβυλώνιοι, καὶ οἱ ὅσοι σὺν ὅπλοις πολέμῳ, πέμπουσι [p]εἰς τὰ Νεαρδὰ πρὸς τοὺς σὺν αὐτῇ Ιουδαίους Ανιλαίου ἐξαιτήσομένους. [q]ἐν μὲν δὴ δίκα-

"quod conſanguinei ſint, tam, quod nullum, *Mithridatem dimittit Anilæus.*
"erit vobis refugium, ſi res male ceciderint,
"cum ille juvenum illorum pleroſque in ſuam
"poteſtatem redegerit." Et cum ille quidem iſta cogitaſſet & in concione loquutus eſſet, ſuis ea perſuadebat; atque ita dimiſſus eſt Mithridates. Ipſum vero inde egreſſum conviciis excipiebat uxor, quod noluerit, cum & regis gener eſſet, atque adeo ſpretus & contemptus, eos perſequi qui injurias ei fecerant & contumelias, ſed contentus incolumitatis ſorte vivere maluerit, etiam poſtquam à Judæis ductus fuerat captivus. "Et nunc, in-"quit, aut forti animo regredere, *aut per
"deos patrios juro me nuptiarum tecum ſo-
"cietatem dirempturam eſſe." Ille vero iterum (partim quod ægre ferret quotidianum opprobrium, partim quod veritus eſſet mulieris animum elatum nè cum eo divortium faceret) copias, non ſponte quidem neque volens, quantas potuit maximas, coëgit, & contra hoſtem proficiſcitur, non ferendam putans ſalutem *ſibi conceſſam*, ſi, cum Parthus eſſet, repulſam tulerit à Judæis adverſus eum bellum gerentibus. *Mithridates ab uxore impulſus ad bellum redintegrandum.*

7. Anilæus autem, audito Mithridatem in eo eſſe ut magnam militum vim contra ipſum duceret, inglorium ratus intra paluſtria ſe continere & non occupare illis obviam ire, ſimulque ex priori felicitate ſperans ſe hoſtes ſimiliter ac antea male multaturos, & audaciam *ſuis* audere jam aſſuetis non defuturam, copias eduxit. quin & multi præter ſuum exercitum ei ſeſe adjunxerunt, quaſi res alienas prædatum ituri eſſent, primoque aſpectu terrorem hoſtibus rurſus injecturi. At cum progreſſi eſſent uſque ad ſtadia nonaginta, facto itinere per loca arida ipſoque meridie, tunc eos & ſitis urgebat & Mithridates conſpectus in eos impreſſionem faciebat, potus inopia laborantes, & ob hoc ipſum & ſolis ardorem arma ferre non valentes. Itaque Anilæus cum ſuis turpem in fugam vertitur, quod viribus defectis res eſſet cum integris, multaque facta eſt cædes, & plurima hominum millia ceciderunt. Anilæus autem & quotquot circa eum erant fuga effuſiſſima in ſylvam ſe receperunt, facientes ut Mithridates exſultaret gaudio ex victoria ab illis reportata. Cæterum ad Anilæum confluxit ingens multitudo perditorum hominum, ſuam ſalutem parvi pendentium dummodo rerum aſperitate in præſens leventur, adeo ut incrementum quod ex illis ceperit occiſorum numerum adæquaverit: haud tamen conferendi erant cum iis qui acie ceciderant, quod rudes eſſent & inexercitati. Veruntamen cum illis impreſſionem faciebat in Babyloniorum vicos; atque iſthic vi & violentia Anilæi magna facta eſt rerum omnium vaſtatio. Tum Babylonii, cum iis qui bellum ſuſceperant, miſerunt Nearda ad Judæos qui illic erant, Anilæum *ſibi tradi* poſtulantes. Et cum dictis iſtis *Anilæus congreſſui cum Mithridate ſe parat.* *Anilæani à Mithridate fuſi fugatique.* *Anilæus in Babyloniorum vicos irruadit.*

a In *Editis* τὸ κατ' ἐκ. verum τῇ vel τ̃ legendum eſſe monuit Cl. *Lowthius.* atque τῇ prætuli, quod τι (forſan pro τῇ) habeant *Vat.* & *Hen. à pr. m.* b Ἐλθόντα *Busb.* c Τιμωρῶν τιμωρήσεσθ *Vat.* & *Hen. à pr. m.* d Γενομένην *Vat.* & *Hen. à pr. m.* e Ita *Baſ. Vat.* & *Hen.* ἄκων μὲ ⟨ἐ⟩ βουλόμενος in *Edit. Gen.* quâ lectione admiſſa vertendum, *velis nolis.* f Καὶ ἤλασεν κ̃ Ανιλαίῳ *Busb.* g Ιουδαίων ⟨ἐ⟩δεδοίκει ἀντιπολεμήσειν *Vat.* & *Hen. à pr. m.* h Ἐκεῖνος ⟨ἐ⟩ μηδὲν ὑπολ. *Busb.* i Καὶ non agnoſcit *Busb.* & commode abeſſe poteſt. k Illud ὄσης ſupplevi è *Cod. Busb.* l Προσίβαλε *Busb.* m Ὑπὸ τὴν ὕλην *Busb.* n Ita *Gall.* ἄπειρον aut ἄπορον in *Editis Aliiſque.* Ανιλαίῳ ⟨ἐ⟩ αὐτῷ προσῆλθε πλῆθος δ' ἐπείσαν ἀνδρῶν πονηρῶν *Zonar.* o Antea erat τούτοις, quod in τούτους mutari juſſit Cl. *Lowthius.* p Ita ut ſupra p. 827. v. 19. Νεαρδὰ hîc loci in *libris.* q Forſan, ἐν μὲ δίκαιόν τι, & dein εἰς εἰρήνην πέμπεσθαι τοῦτο. * Aut deos teſtor, quibus curæ eſt regum dignitas, *Gelen.*

Anilæum ex improviſo adoriuntur Babylonii, ipſumque interficiunt.

iſtis nollent auſcultare, (neque enim ſi id maxime vellent hominem dedere potuerunt) ad pacem ineundam eos invitabant: atque illi ſe etiam deſiderare dicebant ut de pace convenirent, mittuntque una cum Babyloniis certos homines, qui cum Anilæo hac de re agerent. Tum Babylonii, poſtquam omnia perſpexiſſent, & qualis eſſet locus, in quo caſtra poſuerat Anilæus, exploratum habuiſſent, eos crapula ſomnoque gravatos adorti, impune quotquot nacti ſunt ipſumque Anilæum inter cæteros interficiunt.

Judæi Babyloniâ Seleuciam migrant.

8. Babylonii autem gravi Anilæi metu liberati, (illis enim obſtabat quo minus ſuum in Judæos odium effunderent, nam perpetuo fere inter eos diſſidia erant ex legum diverſitate orta, & cuicunque parti forte animi creverint prior alteram injuriis laceſſebat) & tunc itaque occiſis qui cum Anilæo erant, in Judæos impetum faciunt. Illi vero graviter ferentes Babyloniorum injurias, cum neque aliquid poſſent contra illos in acie neque ſimul cum illis vivere ſuſtinerent, migrabant Seleuciam, urbem illius regionis præcipuam, à Seleuco Nicanoris filio conditam. eam autem habitant Macedonum multi, plurimique Græci: quin & Syri numero non pauci cum illis verſantur. In illam itaque ſe recipiunt Judæi, & per quinquennium nihil mali illis accidit. Sexto autem anno poſt priorem cladem, peſtis in eos graſſata eſt Babyloniæ, & ex urbe novæ factæ ſunt migrationes: &, quod in Seleuciam ſe contulerint, ſane major eos occupat calamitas, propter cauſam quam memorabo.

Seditio inter Græcos Syroſque in Seleucia.

9. Inter Græcos in Seleucia & Syros plerumq; gliſcebat ſeditio & diſcordia, ita tamen ut Græci ſuperiores fuerint. Tunc itaque cum Judæi qui eò venerant ſimul cum illis viverent, orta eſt ſeditio, & Syri vincebant, quod ab illis ſtarent Judæi, viri qui prompte pericula adeunt, ſeque aliis ad bellum gerendum libenter adjungunt. Atque Græci, ex ſeditione male habiti, cum cernerent ſe ex illa una re priorem auctoritatem recuperaturos eſſe, ſi poſſent Judæos Syroſque diſſociare, ſinguli cum Syris illis colloquunti ſunt, quibuſcum antea interceſſerat familiaritas, pacem & amicitiam *facturos eſſe* pollicentes. Illi vero libenter *iſtis* auſcultabant. Poſt verba igitur aliquot ultro citroque habita, primariis ex utraque parte viris de gratia ineunda agentibus, ſtatim reconciliatio facta eſt. Cumque conſenſiſſent, utrique non aliam certiorem amicitiæ teſſeram ſibi invicem daturos eſſe exiſtimabant, quam ut Judæos *communi* odio proſequerentur: eoſq; ex improviſo aggreſſi ſupra quinquaginta hominum millia occidunt. atque omnes perierunt,

Facta inter eos reconciliatione, Judæos odio proſequuntur, magnamque eorum ſtragem edunt.

μένοις τῶτον τ λόγον, ὑδὲ γὸ βυλομένοις ἐκδοτον ποιῆσαι δυνατὸν ἦν, τ εἰρήνην [b] παρεκαλοῦντο. οἱ δὲ καὶ τοὶ χρήζειν ἔλεγον τ ὅπως ἡ εἰρήνη συμβάσεται, καὶ πέμπουσι μετ τ Βαβυλωνίων ἄνδρας, [c] οἱ διαλέξονθο περὶ τ Ανιλαῖον. Οἱ δὲ Βαβυλώνιοι [d] κατασκοπίας αὐτῶν γενομένης, μαθόντες τὸ χωρίον ὃ ᾧ ἱδρυμένος Ανιλαῖος ἦν, ὑπνοσόντες κρῦφα νυκτὸς μεθύουσι, καὶ καθ' ὕπνον πεπτωκότας, κτείνουσιν ἀδεῶς πάντας ὅσους ἐγκατέλαβον, καὶ Ανιλαῖον αὐτὸν ἀπέκτειναν.

ι'. Οἱ δὲ Βαβυλώνιοι ἀπαλλαγέντες τ Ανιλαίου βαρύτητος· ὑπεκόμισμα γὸ ἦν αὐτοῖς μίσος τὸ πρὸς Ιουδαίους, [e] ἀεὶ γὰρ ὡς ὑπὸ πολὺ διαφοροι πρὸς ἀλλήλους ἐκ τ ὁμοτίμους καθεστᾶσαι αἰτίας ἡ διαστάσεως τ νόμων, καὶ ὁποτέρους ποτὲ γένοιτο θαρρεῖν πρότερον ἀλλήλοις ἐπιτίθεντο· καὶ τότε δὴ ἀπολωλότων τ περὶ τ Ανιλαῖον, ἐπεπήδησαν τοῖς Ιουδαίοις. οἱ δὲ ὀργῇ πλήθυοντι τῷ ὕβρει ἡ ὀκ τ Βαβυλωνίων, ὑδὲ μὴν ἀνταξαμένοις μάχῃ δυνάμενοι μήτε ἀνεκτὸν ἡγούμενοι τῇ συμφορᾷ, ᾤχοντο εἰς Σελεύκειαν τ ὀκείνῃ πόλιν ἀξιολογωτάτῃ, Σελεύκῳ κτίσαντι αὐτῇ τ Νικάνορος. οἰκοῦσι δὲ αὐτὴν πολλοὶ τ Μακεδόνων, πλεῖστοι δὲ Ελλῆνες, ἔστι δὲ καὶ Σύρων ὀκ ὀλίγοι τὸ ἐμπολιτευόμενοι. εἰς μὲν δὴ ταύτην καταφεύγουσιν οἱ Ιουδαῖοι, καὶ ὅτι πέντε ἔτη ἀπαθεῖς κακῶν ἦσαν. τῷ δὲ ἕκτῳ ἔτει μετ τὸ [f] πρῶτον, φθορὰ ὁ Βαβυλῶνι ἐγένετο αὐτοῖς, [g] ἡ χαρὰ μεδοκήσαις ὀκ τ πόλεως· ἡ δι' αὐτὴν ἄφιξιν εἰς τὴν Σελεύκειαν, ὑπδέχεται [h] δὴ μείζων αὐτὸς συμφορὰ δι' αἰτίαν ἣν ἀφηγήσομαι.

θ'. Σελευκέων τοῖς Ελλησι πρὸς τὸς Σύρους ὡς ὑπὸ πολὺ ὁ ζῆλος καὶ διχονοία ἔζιν ὁ βίος, καὶ κρατοῦσιν οἱ Ελλῆνες. τότε οὖν συνοικοῦντων αὐτοῖς Ιουδαίων γενομένην ἐταιρίαν, καὶ οἱ Σύροι καθυπέρτεροι ἦσαν ὁμολογίᾳ τῇ Ιουδαίων τοὺς αὐτὸς, φιλοκινδύνους τε ἀνδρῶν, καὶ πολεμεῖν προθύμους ὑπειλημμένων. καὶ οἱ Ελλῆνες προθυμούμενοι τῇ ζάσει, καὶ μίαν ὁρῶντες αὐτοῖς ἀφορμὴν ἀναπαύσασθαι τὸ παρὸν ἀξίωμα, εἰ δυνηθεῖεν πᾶσαν [i] ζωτὸν λόγοντας Ιουδαίους καὶ Σύρους, διελέγοντο ἔκαστοι πρὸς τοὺς τῶν Σύρων τοὺς αὐτοῖς συνήθεις περὶ τῆ γεγονότας, εἰρήνην τε καὶ φιλίαν ὑποχρέμενοι. οἱ δὲ ἐπείθοντο ἄσμενοι. ἐγίνοντο οὖν ἀφ' ἑκατέρων λόγοι, καὶ τῆ πρῶτον πρὸ ἑτέρους ἀνδρῶν πρασσόντων ὅπως διαλλαγὰς τάχιστα ἡ σύμβασις [k] ἐγένετο. ὁμογνόσαντές τε, μέγα τεκμήριον ἑκάτεροι [l] ὁρῶν παρ' ἀλλήλους πρόσεισι τὸ πρὸς Ιουδαίους ἔχθος· ὑπεσόντες [m] τε αἰφνίδιον αὐτοῖς, κτείνουσι μυριάδας ὡσεὶ πέντε ἀνδρῶν. ἀπώλοντό τε πάντες; πλὴν

a Δυόαμες ἦν Busb. δυωδέκας Vat. & Hen. à pr. m. b Προπαλῶντο Vat. & Hen. à pr. m. c Ωτοῖς ἀφελέσθαι Gall. d Κατασκοπὴν Busb. e Ante in Editis erat, τῷ Ανιλαῖον αὐτὸν ἀπικτεῖναι· οἱ Βαβυλώνιοι ἡ ἀπαλλαγέντες τ Ανιλαίου βαρύτητος, ὑπεκόμισμα γὸ ἦν αὐτῶν μίσος τὸ πρὸς Ιουδαίους, ἀεὶ γὸ ὡς ἐπὶ πολὺ διαφοροι πρὸς ἀλλήλους ἦσαν ἡ ὁμοτίμους ἡ τ νόμων, τῷ ἑτεροίους ποιεῖσθαι διαφόρου ἀλλήλων ἔχειν. τῷ τότε δὴ ἀπολωλότων τ περὶ τ Ανιλαῖον, ἐπεπήδησαν τοῖς Ιουδαίοις οἱ Βαβυλώνιοι. οἱ ἡ ἀπαλλαγέντες In eo diſcrepant Codd. MSS. quod ἐπικτεῖναι deſit Gall. & Ανιλαῖον αὐτὸν κατέλαβον οἱ Βαβυλώνιοι. οἱ δὲ ἀπαλλαγέντες habeat Busb. ἐπικτεῖναι οἱ Βαβυλώνιοι. οἱ ἡ ἀπαλλ. Hen. & Vat. in quibus mox οἱ μὲν τῷ τότε ἦν δηλ. denique οἱ Βαβυλώνιοι omittit Busb. cujus auctoritate & ipſe idem feci, totumque locum aliter quam prius diſtinctum dedi. Quo modo legerit *Epiphanius*, conficiat cui libet ex ſequentibus, prout ille vertit, *ipſumque Anilæum obtruncant. Atque hoc modo Babylonii injuriis Anilæi & gravedine liberati ſunt. Impreſſio namque illis magno conſtabat odio, quod circa eos deinebatur. Nam pene ſemper inimicitias exercebant. Cauſa vero hujus iræ fuit lex eorum paterna quam ille oppugnabat: & propterea ſibi ſemper invicem æmulabantur: unde ſi eorum quiſquam opportunitatem inveneras, ab injuriis non parcebat. Tunc itaque hoc modo perunte Anilæo, caparo Babylonii Judæis inſtare* &c. f Sc. καιρῷ. g Ita lego. antea erat τῷ καιρῷ κτίσεως ὀκ τ. π. Forſan malit aliquis, τῷ κτίσεως, aut καιρῷ κτίσεως ὀκ τ. π. & mox δι' αὐτὸν ἄφιξιν. h Illud δὴ aberat *Hen. à pr. m. Bl Busb.* i Ομοῦντας Busb. quod forſan interpretamentum ſit ζωτὸν λέγοντας. k Ἐκτελὴς Busb. l Εἶδον ἀλλήλους ἐξίον πολεμεῖν Busb. & *Epiphanius* vertit, *atque hoc modo invicem exhortantur ut cum Judæis bellum gerant.* m Illud τε è Cod. Busb.

a Ita

πλὴν εἴ τινες ἐλέῳ φίλων ἢ γειτόνων ᵃ ὑπεχωρησάν αὐτοῖς ἔφυγον. ᵇ τοῦτοις δὲ ἦν εἰς Κτησιφῶντα ἀποχώρησις, πόλιν Ἑλληνίδα, καὶ τῇ Σελευκείᾳ πλησίον κειμένην, ἔνθα χειμάζει τε ὁ βασιλεὺς κατ᾽ ἔτος, ᶜ ἐν πλείστῃ δ᾽ ἀποσκευῇ αὐτῷ τῇδε ἀποκειμένῃ τυγχάνῃ. ᵈ ἀσυλήτους δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς ἔδρυσιν πεποιημένοις, τιμῆς ἕνεκα βασιλέως Σελευκέων μὴ πεφροντικότων. ἐφοβήθη δὲ ἐν παντὶ τόπῳ Ἰουδαίων γένος τούς τε Βαβυλωνίους καὶ τοὺς Σελευκεῖς. ἐπειδὴ ἐν ὀλίγοις ἦν Σύροις ἐμπολιτεύον τοῖς τόποις ἑαυτὸν ἔλεγον τοῖς Σελευκέοις ὅτι πολέμῳ ἔλαβεν Ἰουδαίους. ἐν συνελέγησ᾽ ὡς τὸ πολὺ εἴς τε τὰ ᵉ Νεαρδὰ καὶ τὴν Νίσιβιν, ὀχυρότητι τῶν πόλεων κτώμενοι καὶ ἀσφάλειαν, καὶ ἄλλως πλῆθος ἅπασα μαχίμων ἀνδρῶν κατοικεῖται. καὶ τὰ μὲν κατ᾽ Ἰουδαίους τοὺς ἐν Βαβυλωνίᾳ τοιαῦτα ἦν.

præter eos qui amicorum aut vicinorum miſericordia evaſerunt. Illi autem Cteſiphontã migrarunt, urbem Græcam & Seleuciæ in vicinia ſitam, ubi rex quotannis hyemem agit, & impedimentorum ejus pars magna repoſita erat. Verum certam fidem ſtabilemque ſedem non invenerunt, Seleucenſibus de honore regis minime ſolicitis. Etenim Judæi omnes in eo loco terrore Babyloniorum & Seleucenſium perculſi erant, quippe quod Syri univerſi in ea regione conſpirarint cum Seleucenſibus ad bellum Judæis inferendum. unde factum eſt ut plerique Nearda ac Niſibin ſe receperint, in firmitate & munitionibus urbium *iſtarum* ſecuritatem *ſuam* reponentes: accedente quod viri bellicoſi univerſi illic habitarint. Atque ea quidem quæ ad Judæos in Babylonia ſpectabant, hujuſmodi erant.

Τέλος τῆς βιβλίου ἐκκαιδεκάτης.

Finis Libri decimi octavi.

a Eſt qui ὑπεχωρήθην malit. † ἴλεθρον pro ὑπεχωρήθη habet *Basil.* b Sic *Basil.* τούτοις τε in *ceteris.* c Καὶ ἐν πλείστῃ *Basil.* d Ita reſcribendum cenſui, cum antea eſſet, ἀσύλητοι δ᾽ ἐν αὐτοῖς τῷ ἴδρυσι πεποιημένοις, τιμῆ † βασιλέως Σελευκέων πεφροντικότων. *Epiphanius* vertit, *nulla tamen jam eis vivendi ſpes futura dereliſta: nam etiam ibi omnis gens Judæorum terrore premebatur.* e Ita ut ſupra p. 827. v. 19. Νίρδα aut Νιρδὰν in *libris.*

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΗ, ΕΝΝΕΑΚΑΙΔΕΚΑΤΗ,

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ

ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

JOSEPHI LIBRO DECIMONONO

HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ

HÆC CONTINENTUR.

α'. ᵃ Ὡς Γάϊος Καῖσαρ, ὑπὸ Κασσίου Χαιρέα, ἀνῃρέθη.

1. *Quomodo Cajus Cæſar, inſidiis appetitus à Caſſio Chærea, interfectus eſt.*

β'. Ὡς Κλαύδιος ὁ θεῖος αὐτοῦ, βιασθεὶς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, τὴν ἀρχὴν παρέλαβεν.

2. *Quomodo Claudius avunculus ejus, coactus à militibus, imperium ſuſcepit.*

γ'. Στάσις τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου πρὸς αὐτὸν καὶ τὰ σὺν αὐτῷ στρατεύματα.

3. *Seditio coorta inter ſenatum populumque & Claudium militeſq; qui cum eo erant.*

δ'. Πρεσβεία τοῦ βασιλέως Ἀγρίππα πρὸς τὴν βουλὴν, ᶜ ἣν ὡς συνῆλθόν οἱ στρατιῶται οἱ μετὰ τῆς βουλῆς ἀπεχώρησαν πρὸς Κλαύδιον, καὶ πύθεσθαι αὐτὸν κατέστησαν τῶν πραγμάτων· ἡ δὲ βουλὴ μονωθεῖσα παρεκάλει Κλαύδιον αὐτῇ διαλλαγῆναι.

4. *Legatio regis Agrippæ ad ſenatum, utque milites qui cum ſenatu erant uno conſenſu diſceſſerunt ad Claudium, ſummamque rerum ei detulerunt: quo facto ſenatus derelictus Claudium obſecrabat ut cum illis in gratiam rediret.*

ε'. Ὡς Κλαύδιος Καῖσαρ ἀποδίδωσιν Ἀγρίππα τὴν πατρῴαν αὐτοῦ βασιλείαν ἅπασαν, προσθεὶς αὐτῷ καὶ τὴν Λυσανίου τετραρχίαν.

5. *Quomodo Claudius Cæſar reddidit Agrippæ omnes regnum paternum; inſuper adjecta etiam Lyſaniæ tetrarchia.*

ϛ'. Προγεγραμμένα ᵈ Κλαυδίου Καίσαρος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὲρ τῶν ἐκεῖ Ἰουδαίων καὶ ἐν πάσῃ αὐτοῦ ἀρχῇ.

6. *Programma Claudii Cæſaris ad Alexandrinos de Judæis qui illic erant & in univerſo ejus imperio.*

ζ'. Ἀπόπλους Ἀγρίππα τοῦ βασιλέως εἰς Ἰουδαίαν.

7. *Navigatio regis Agrippæ in Judæam.*

η'. Ἡ παρὰ Πουβλίου Πετρωνίου τοῦ Συρίας ἡγεμόνος πρὸς Δωρίτας ὑπὲρ Ἰουδαίων.

8. *Literæ Publii Petronii præſidis Syriæ ad Doritas pro Judæis.*

θ'. Ὡς βασιλεύσας Ἀγρίππας, τὰ Ἱεροσολύμων τεῖχη πολυτελῆ καταστρεφάζων, ἀτελῆ τὸν ταχθὲν ἔσχε μεταξὺ πλοῦτόν.

9. *Quomodo Agrippa rex Hieroſolymorum mœnia magnifice inſtaurans, morte præventus opus cui ſtuduerat imperfectum reliquit.*

ι'. Ὅσα ἔπραξε τρισὶν ἔτεσιν, ἄχρι τῆς τελευτῆς αὐτοῦ· καὶ ὃν τρόπον τὸν βίον κατέστρεψεν.

10. *Quæ geſſerit per tres annos uſque ad obitum, & quo modo vitam finierit.*

a Ita *MSS.* ὑπὸ τριῶν συνωμοτῶν λόγῳ in *Editis.* b Titulos paulo aliter ac in *Editis* conſtituimus, nonnullos ſeparando qui antea conjuncti erant; idque auctoritate *Codd. MSS.* c Quæ ſequuntur uſque ad titulum proximum habuimus è *Codd. MSS.* d Ita *MSS.* † Καίσαρος in *Editis.*

Φ Λ. Ι Ω Σ Η Π Ο Υ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΕΑΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἔτη γ'. ἡμέρων ς'.

FLAVII JOSEPHI
ANTIQUITATUM JUDAICARUM
LIBER DECIMUS NONUS.

Continet hic liber tempus annorum III. *menſium* VI.

CAP. I.

Quomodo Cajus à Chærea cæſus eſt.

Caji tyrannis & ſævitia.

CAJUS autem non in Judæos ſolos qui Hieroſolymis erant, quique in vicinis regionibus degebant, violentiæ ejus inſaniam effundebat, ſed eam per terras omnes & maria graſſatu-
ram immittebat, quam late Romanum patet imperium, atque infinitis malis illud replevit, quot quantaque non antea memoriæ prodita ſunt. At maxime factorum ejus immanitatem experta eſt Roma, cum nihilo magis eam in honore haberet, quam cæteras civitates: tum alios ejus cives agens ferenſque, tum maxime ſenatores; eoſque præcipue qui patricii erant & gloria majorum oculos omnium in ſe convertebant. Quin & innumera excogitabat contra eos qui equites vocabantur, & in civitate, quod dignitate & opibus florerent, pari erant in exiſtimatione cum ſenatoribus, utpote ex quorum ordine in ſenatum habebatur delectus; quos ignominia afficiebat & de gradu dejiciebat, & tam vita quam pecunia ſpoliabat, quippe quod plerumque evenerit cædes illorum fieri ut divitias auferret. Porro divinam majeſtatem ſibi aſſerebat, ipſique honores plus quam humanos tribui à ſubditis poſtulabat; Jovis etiam templum frequentans, quod Capitolium vocatur, adeoq; fanorum omnium
Jovis fratrem ſe appellat.
apud illos celeberrimum eſt, Jovem fratrem *ſuum* appellare auſus eſt. Alia quoque agebat ſimiliter ac ſi plane inſanus fuiſſet, quando à Puteolis Campaniæ urbe ad Miſenum uſque, & ipſum Campaniæ oppidum maritimum, gravatus triremi trajicere, & alioqui ad ſe maris do-

ΚΕΦ. α'.

Ως Γάϊος ὑπὸ Χαιρέᾳ ἀνῃρέθη.

ΓΑΙΟΣ δὲ οὐκ εἰς μόνους Ἰουδαίους τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ τοὺς ὁπόσοι τῇδε οἰκοῦσιν, ἐπεδείκνυτο τῆς ὕβρεως τὸν μανίαν, ἀλλὰ καθ' πάσης [b] ἐσομένης γῆς καὶ θαλάσσης ἔστελλεν αὐτὸν, ὁπόσον Ῥωμαίοις ὑπακούει, μυρίαν τε ἀνέπλησεν αὐτὸν κακῶν, ὁπόσα μὴ ἱστορικὸν παρῆκεν. μάλιστα δὲ ἠδάνεσε δεινῶν τῶν παρανομένων ἡ Ῥώμη, κατ' οὐδὲν αὐτὸν τιμωτέραν τῶν λοιπῶν πόλεων ἡγουμένου, ἀλλὰ τούς τε ἄλλους ἄγριον καὶ φέριτον, καὶ μάλιστα τὸν σύγκλητον, καὶ ὁπόσοι τούτων εὐπατρίδαι, καὶ παρόντων ὑπερφανείας πιμώμενος. μυρία τε εἰσέπραττε, καὶ κατὰ τῶν ἱππέων μὲν καλουμένων, ἀξιώματι δὲ καὶ δυνάμει χρημάτων ὁμοία τοῖς συγκλητικοῖς ὑπὸ τῆς πόλεως ἀγομένων, ἀφ' ὧν εἰς τὸν βουλὴν [d] κατακλήσεως, ὧν ἀτίμωσις ἦν καὶ μετανάστασις, κτεινομένων τε καὶ τὰ χρήματα συλωμένων, ἀφ' ὧν καὶ τὰς σφαγὰς ὡς τὸ πολὺ ἐπ' ἀφαιρέσῃ τῶν χρημάτων αὐτοῖς συντυγχάνειν. ἐξεθείαζε δὲ ἑαυτὸν, καὶ τὰς τιμὰς οὐκέτι ἀνθρωπίνως ἠξίου γίνεσθαι παρὰ τῶν ὑπηκόων αἰτῶν, εἰς τε τοῦ Διὸς φοιτῶν τὸ ἱερὸν, ὃ [c] Καπιτώλιον μὲν καλοῦσι, πρωτεῖον δ' ἂν αὐτοῖς [d] ὄντ' ἱερῶν, ἀδελφὸν ἐτόλμησε προσαγορεύειν τὸν Δία. καὶ τἄλλα ἔπραττε μανίας οὐδὲν ἀπολελειμμένος, ἐπεὶ καὶ ἀπὸ Δικαιαρχίας τῆς πόλεως ἐν Καμπανίᾳ κειμένης εἰς [e] Μισηνοὺς, ἕτερον τόλιν ἐπιθαλάσσιον, [f] ἐν ᾗ ἀφέξασιν ἀφὶν ἡγούμενος τριήρει περαιοῦν, καὶ ἄλλως ἐπιβάλλοι ἡγούμενος

a Sic *Baſ. Vat. Gall.* 1. 4. & *Epiphanii Codd.* aliquot. ἐτῶν γ'. μηνῶν ς'. ἡμερῶν ιθ'. *Voſſ.* & *Gall.* 2. 3. 5. & in nonnullis *Epiphanii* libris, *annorum* III. *dierum* VIII. *menſium* VI. aut *dierum* VII. *menſium* VI. b Vocem ἐσομένης non agnoſcit *Busb.* Forſan pro ea reponi debet αἰκουμένης, vel βασιλευομένης. c Ita *Busb.* Καπιτώλιον in *reliquis*. d Ex τῶν ἱερῶν *Busb.* e Ita reſcripſi prout in aliis auctoribus probatiſſimis. *Merlovis* in *Joſephi* libris. De hoc trajectu videſis *Cluverium* in *Italia Antiq.* p. 1120. f Καὶ deeſt *Busb.*

a Inter-

μανος αὐτῷ δεσπότῃ ὄντι τὴν θαλάσσης ταύτας καὶ ὁπόσα καὶ γῆς ἀπαντᾶν, ἀπ' ἄκρου ἐπ' ἄκρα [a]σταδίους τριάκοντα μέτρον τῆς θαλάσσης [b]ζεύξας, καὶ εἴσω τὸν κόλπον ἁπολαβὼν πάντα, ἤλαυνεν ὀχούμενος τὴν γεφύρα ὃ ἅρμα. Θεῷ γὰρ ὄντι τοιαύτας ποιεῖσθαι καλῶς ἔχειν τὰς ὁδούς. τῶν τε ἱερῶν τῶν Ἑλληνικῶν οὐδὲν ἔτι ἀσύλητον [c]κατέλιπεν· ὁπόσα γραφῆς ἢ γλυφῆς ἐχόμενα, καὶ τὰς λοιπὰς κατασκευὰς ἀναδησάμενος καὶ ἀναθημάτων ἄγαλμα κελεύσας [d]πρὸς αὐτόν. "καὶ "γὰρ οἰκεῖον ἑτέρῳ τὰ καλὰ κεῖνα καλῶς ἔχειν, ἢ οἰκεῖον καλ- "λίσῳ, τυγχάνειν δὲ τοῦτο τῆς Ῥωμαίων πόλεως." ἐκόσμει τε τοῖς οἰκείοις ἀγομένοις τιμῶν τε [e]οἰκίαν καὶ τοὺς κήπους, ὁπόσα τε αὐτῷ κατασκευαὶ [f]ἀφ' ἑκάστης τῆς Ἰταλῶν. ἐπεὶ καὶ τὸν [g]Ὀλυμπάσι τιμώμενον Δία ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, καὶ θέατος ὀνομασμένου Ὀλύμπιον, Φειδίου μὲν Ἀθηναίου πεποιηκότος, ἐτόλμησε κελεῦσαι εἰς τὴν Ῥώμην μεταφέρειν. καὶ μὴν ἔπραξέ γε, τῶν ἀρχιτεκτόνων φαμένων τοῖς Μέμμιον Ῥήγουλον, ὃς ἐπιτάξαντι τῇ κινήσει μὲν Διός, ἁπαλεῖαν τὴν ῥῦμα κινήσεως αὐτῷ γεγενημένης. λέγει δὲ τὸν Μέμμιον ἀφ' ὧν τότε, καὶ σημεῖον μείζονα γεγενημένον ἢ ὡς ἄν τινα πιστὰ ἡγεῖσθαι, ἐπιβαλέσθαι τὴν ἀναίρεσιν. καὶ γράφει τάδε πρὸς τὸν Γάϊον ἐπ' ἀπολογίᾳ μὲν ὀκλιπεῖν ἀδιαχόντητον τὴν ἐπιτολήν. ἀπολέσθαι τε ὀλίγου τότου αὐτῷ κινδύνου γενομένου, σώζεσθαι [h]φάσκοντος ἤδη Γαΐου τελευτήσαι.

β'. Εἰς τοῦτο δὲ προῆλθε τὸ μανικὸν αὐτῷ, ὥστε δὴ καὶ θυγατρὸς αὐτῷ γενομένης, ἀναχομίσας ὅτι ὁ Καπιτώλιον ὅτι τοῖς γόνασι καθεσθῆναι μὲν ἀγάλματος, κοινὸν αὐτῷ τε καὶ τῷ Διὶ γεγονέναι τὸ τέκνον [i]φάσκων, καὶ δύο χρηστοῖς αὐτῆς πατέρας, ὁπότερον μείζονα φάμενον [k]ἐν μέσῳ καταλιμπάνειν. καὶ τάδε μὲν ἐχόντων πρὸς αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι. [l]ἐπέτρεψε δὲ καὶ τοῖς οἰκέταις κατηγορεῖας ποιεῖσθαι τῶν δεσποτῶν ἐφ' οἷς ποτ' ἐθελήσοιεν ἐγκλήμασι. δεινὰ δὲ πάντα ἦν ὁπόσα [m]μέλλοι γενέσθαι, ἀφ' ὧν τε χαίρει τε καὶ ὑπαγορεύσῃ τῇ ἑαυτοῦ τὰ πολλὰ γίνεσθαι, ὥστε ἤδη καὶ Κλαυδίου ἐτόλμα ποιήσασθαι Πολυβίκιος ὁ δοῦλος κατηγορίαν, καὶ Γάϊος μὲν ἐχθρὸς τῷ πατρῴῳ τε αὐτῷ ὄντι καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ τῆς μητρὸς ἀγανακτῶν, ἐλπίδι δὲ θαλαττῶν δύναμιν ἀπελεῖν αὐτόν. καὶ μὴν ἐξεγένετό γε αὐτῷ. [n]ἀναπεπλησμένος δὲ αὐτῷ συκοφαντιῶν καὶ κακῶν πάσαν τὴν οἰκουμένην ἧς ἐπῆρχε, καὶ πολλὴν [p]δυσκρατείαν [o]ἐπηρμένου τοῖς δεσπόταις, [p]βουλαὶ τὰ πολλὰ ἤδη συνίστασθαι, τὰ μὲν ἐπ' ἀμυνῇ ὧν πάσχειν [q]ὀργῇ πεισθέντων, τὰ δὲ πρὶν ἐμπεσόντες κακῶν τυχεῖν μεγάλων πεῖσαι τὸν μεταχειρίσασθαι τὸν ἄνθρωπον. [r]ὅθεν δὴ τοῖς τε ἁπάντων νόμοις καὶ τῷ ἀσφαλεῖ μεγάλῳ συνήνεγκεν εὐδαιμονίας ῥοπὴν ὁ θάνατος αὐτοῦ, ἔθνεσί τε ᾧ μητρῴῳ ἤδη καὶ εἰς ὀλίγον ἐξεγένετο

minum pertinere exiſtimans, ut ab eo eadem quæ à terra obſequia exigeret, ab uno promontorio ad alterum per triginta in mari ſtadia ponte juncto, intuſque ſinus omnis ſpatio comprehenſo, curru per pontem vectus eſt. ſibi enim utpote Deo convenire ejuſmodi itinera facere. Templorum quoque Græcorum nullum inſpoliatum relinquebat, quæcunque picturæ aliquid aut ſculpturæ haberent, reliquoſque ſtatuarum & donariorum apparatus ad ſe deportari jubens. "haud enim "decere, *ajebat*, ut quæ pulchra ſint alio in loco reponantur quam pulcherrimo, hunc au- "tem eſſe urbem Romam." Inſuper rebus ad ſe illinc advectis domum ſuam exornabat & hortos, ut & alia ſua per Italiam diverſoria. quippe qui & Jovem à Græcis in urbe Olympiæ cultum, atque adeo Olympium cognominatum, Phidiæ Athenienſis opus, Romam transferri jubere auſus eſſet. quod tamen non ſucceſſit, architectis Memmio Regulo dicentibus, cui id negotii datum fuerat, infractum iri ſimulachrum ſi loco ſuo moveretur. Ajunt etiam Memmium propter iſta, editis etiam prodigiis ſupra quam cuique credibile eſt, ab eo tollendo deſiiſſe; quæ & ipſe ſcripſit ad Cajum, ut ſemet excuſaret quod mandatis ejus non fuerat obſequutus. cumque ille propterea ſummum vitæ diſcrimen adiret, evaſit, Cajo utpote morte prærepto.

Cajus Puteolos & Miſenum ponte jungit.

Græcorum templa ſpolias.

Jovem Olympium Romam transferri jubet.

2. Eo autem inſaniæ proceſſit; ut, cum filia ei nata eſſet, eam in Capitolium delatam in ſimulachri genua deponeret, communem ſibi cum Jove prolem eſſe dicens, duoſque ſe ei patres conſtituere, adjecto ſe in medio relinquere uter horum major ſit. Atque illum, hæc licet perpetrantem, tolerabant homines. Quin & ſervis permiſit dominos *ſuos* accuſare, & quæcunque vellent eis exprobrare crimina. Gravia autem erant omnia illis objicienda, quod pleraque eorum in ejus gratiam ejuſque hortatu illis crimini vertebantur: adeo ut in Claudium accuſationem inſtituere auſus fuerit Pollux ejus mancipium, & Cajus, cum capitis cauſa contra patruum diceretur, ad eam audiendam venire ſuſtinuerit, *ſperans ſibi datam iri poteſtatem ipſum tollendi. Propoſito tamen ſuo excidit. Cum autem totum ſuæ ditionis orbem calumniis malitiaque repleviſſet, ſervoſque in dominos magna poteſtate armaſſet, tum ſæpius in eum tendebantur inſidiæ: aliis quidem ei ſuccenſentibus ut acceptas injurias ulciſcerentur; aliis vero hominem interficere conſtituentibus, priuſquam ipſi in magnas calamitates inciderent. Proinde, ad leges omnium populorum conſervandas & ſecuritatem, feliciter admodum cecidit illius mors, gentique noſtræ præcipue, cui parum aberat quin

Jovi ſe æquat.

Servis dominos ſuos accuſare permiſit.

Cajo ob hæc & alia flagitia ſtructa inſidiæ.

quin

a Intervallum erat *trium millium & ſexcentorum fere paſſuum* juxta *Suetonium*, in *Caligula*, c. 19. b Illud ζεύξας è *Cod. Busb.* c Κατέλιπεν *Busb.* d Παρ' αὐτῷ *Busb.* e Ita *Busb.* οἰκίαν in *reliquis.* f Διὰ τῶν Ἰταλῶν γῆς *Busb.* g Ita ſcribo, prout apud *Clementem Alexandrinum Alioſque.* cum antea eſſet Ὀλύμπιον. Si quis malit, leviori adhuc cum mutatione, Ὀλυμπίαν, per me licet. Ὀλύμπιον legiſſe videtur *Epiphan.* omiſſis, quæ ſequuntur, καὶ ἔτας ἀνορθωθέν Ὀλύμπιον. h Ita *Busb.* φθάνοντος in *reliquis.* i Illud φάσκων è *Cod. Busb.* k Sic *Busb.* ἐν μέσῳ ᾗ in *Editis Alliſque.* quod ſane poſtularet ut paulo ante legeretur ἐχ ἑνὸς πατέρων. l Ἐπιχειρεῖν *Busb. Vat.* & *Hen. à pr. m.* quomodo & *Epiphan.* qui vertit, *molitus eſt & ſervos ad accuſationem dominorum excitare &c.* m Μέλλοι λέγειν *Busb.* n Ἀναπεπλησμένος ᾗ αὐτῷ in *quibuſdam libris.* o In *Editione Baſileenſi* ſic diſtinguitur, ἐπηρμένου, τοῖς δεσπόταις ἐπ. p Βουλαῖς *Busb.* q Ὀργῇ πεισθέντων *Vat.* & *Hen. à pr. m.* quod forſan rectius. r Ὅθεν δὴ τοῖς τε *Vat.* & *Hen.* quod ferri poteſt, ſi commate diſtinguatur poſt πεφυλαγμένου p. ſeq. v. 2. & ᾗ poſt βίλαμεν deleatur. Paulo aliter legiſſe videtur *Epiphanius*, qui vertit, *Proinde quoniam corruptis legibus, & hominibus in afflictione conſtitutis, non parvum beatitudinis momentum mors illius hominis apportavit &c.* * *Sperans etiam ipſum, quo facilioremi potentiam adverſus cæteros adipiſceretur, exſtinguere*, vertit *Epiphan.* ac ſi plura verba in ſuo codice habuiſſet.

a Λόγῳ

quin funditus perierit, niſi mors illum celeriter occupaſſet. Volo itaque ſingula de illius interitu narrando percenſere, præſertim quod & multum fidei afferat Dei potentiæ, & ſolatii illis qui in adverſis ſunt, & admonitionis iis qui perpetuam fore felicitatem putant, non autem in calamitatem tandem deſinere, niſi illi comes adjungatur virtus.

Conſpirationes in Cajum factæ.

3. Tribus quidem viis ad necem ei machinandam itum eſt, idque trium virorum fortium ductu & auſpiciis. Æmilius Regulus, ex Corbuba Iberiæ oriundus, nonnullos ſecum conjunctos habebat, volens aut eorum opera aut ſua manu Cajum tollere. Altera conjuratorum cohors conflata erat, duce Caſſio Chærea *prætorianorum* tribuno. Annius etiam Minucianus non parvæ præerat manui contra tyrannidem paratæ. Cauſa autem illis erat odii, quo impulſi in Cajum conſpirarunt; Regulo quidem, quod ſuapte natura iracundus fuerit, oderitque omnia injuſte perpetrata. nam fortis erat & animoſus, ingenioque liberali, ita ut ſua conſilia non diſſimularet. ea itaque cum multis communicavit, tum amicis, tum aliis, qui ſibi viſi ſunt ad res agendas acres ſtrenuique. At Minucianus partim quidem Lepidum ulciſcendi deſiderio, quem illi amiciſſimum & civem cum primis egregium Cajus occiderat, præſertim vero de ſe metuens, quod moris eſſet Cajo ira in omnes ſimiliter ad mortem uſque debacchari, ad rem aggrediendam ſe accingebat. Chæreas autem, quod eum valde puderet conviciorum in ipſum tanquam mollem & effeminatum à Cajo jactorum, quodque alioqui periculum adiret ex ſua erga Cajum amicitia & obſervantia, necem ejus fore facinus homine ingenuo non indignum exiſtimabat. Illis autem viſum eſt conſilium de re exſequenda cum omnibus communicare, qui injurias ſpectarent, eaſque inter ſe invicem flagrantes effugere deſiderarent, Cajo ſublato. Fortaſſe quidem fore ut res ex ſententia ſuccedat, pulchrum vero, ſi ſucceſſerit, tot viros bonos *ſecum conſentientes* habere, qui pro ſalute urbis & imperii expetunt etiam cum vitæ diſcrimine ad rem aggredi. At Caſſium ſuper omnia *ad facinus* ſtimulabat tum melioris famæ cupiditas, tum quod illi in proclivi foret Cajum interficere, cum ei utpote tribuno *prætoriano* liberior ad ipſum pateret aditus.

Ab Æmilio Regulo.

A Caſſio Chærea.

Ab Annio Minuciano.

Ludis Circenſibus in populum ſævit Cajus.

4. Interea autem ludi agebantur Circenſes: cui ſpectaculo mirifice dediti ſunt Romani. Quin & magno ſtudio in Circum concurrunt; factoque ingenti agmine, moris eſt illis quicquid deſiderant ab imperatoribus flagitare. atque illi ejuſmodi petitionibus, quod eis contradicere haud æquum cenſeant, nunquam non concedunt. Tunc itaque ſumma contentione Cajo ſupplicabant, ut aliquid de tributis re-

μὴ ὄκ ἀπολωλέναι, μὴ παχείας αὐτῷ τελευτῆς ἐπιγενομένης. βύλομαι δὲ δι' ἀκριβείας τ πάντα περὶ αὐτῆς λόγον διελθεῖν, ἄλλως τε ἐπειδὴ ἡ πολλὴν ἔχει πίστιν ὑπὲρ τῆς θεοῦ τ δυνάμεως, ἡ ἐπιμηθίαν τοῖς ἐν τύχαις κειμένοις, ἡ σωφρονισμὸν τοῖς οἰομένοις ἀίδιον τ εὐτυχίαν, [a] ἀλλὰ μὴ δεῖ μίκιστον φέρειν κακὸν ἀρετῆς αὐτῇ μὴ παραγενομένης.

γ'. Οδοὺς μὲν πρεῖς ὁ θάνατος αὐτοῦ παρεσκευάζετο, καὶ τούτων ἑκάστης ἄνδρες ἀγαθοὶ τὴν ἡγεμονίαν εἶχον. Αἰμίλιός τε [b] Ρήγουλος, ὢν Κορδύβης τῆς ἐν Ἰβηρίᾳ γένος, συνεχέ τινας, ἢ δι' ἐκείνην ἢ δι' αὐτοῦ προθυμος ὢν ἄραντας Γάϊον. ἑτέρα δὲ αὐτοῖς συνεκροτεῖτο, ἧς Χαιρέας Κάσσιος χιλίαρχος ἡγεμὼν ἦν. Μινούκιανὸς δὲ Αννῖος οὐκ ὀλίγη μοίρᾳ τῶν ἐπὶ τὴν τυραννίδα παρεσκευασμένων ἦν. αἰτία δὲ αὐτοῖς τοῖς μίσους τὸ πρὸς Γάϊον συνελθεῖν, Ρηγούλῳ μὲν τὸ ὀργίλον καὶ μίσει χρώμενον πρὸς τὰ μετὰ ἀδικίας ἐξαγόμενα. καὶ γὰρ εἶχέ τι θυμοειδὲς ἐν τῇ ἀνδρείᾳ καὶ ἐλευθέριον, ὑφ' ᾧ μηδὲ [c] σκέλιν προσίεσθαι τῶν βουλευμάτων. πολλοῖς γοῦν ἀπεκαύσατο, καὶ φίλοις, καὶ ἄλλοις δοκοῦσιν αὐτῷ ἁρμοδίοις. [d] Μινουκιανὸν δὲ τά μὲν Λεπίδου τε ἐκδικία, φίλου γὰρ αὐτῷ τὰ μάλιστα ὄντος τοῦτον καὶ τῶν πολιτῶν σὺν ὀλίγοις ἀναιρεῖ Γάϊος, καὶ ἄλλως φοβηθέντα περὶ αὐτῷ ἀφ' ὧν πᾶσιν ὁμοίως ὁ Γάϊος ἐθύμου θάνατον ἀνακεκινῆσθαι ἐπαφιέναι τῷ ὀργῇ, ὅτι τῷ ἐγχείρησιν ἐλθεῖν. [e] Χαιρέαν δὲ αἰσχύνη φέρεσθαι οἰκείᾳ, τὰ εἰς τὴν ἀναδρείαν ὑπὸ τοῦ Γαΐου προφερόμενα, καὶ ἄλλως τὸ ἐφ' ἡμέρᾳ κινδυνεύειν φιλίᾳ καὶ θεραπείᾳ, τῷ Γαΐου τελευτῷ οὐκ ἀπολαβεῖν ἐπολαμβάνειν. ᾧ δὲ καὶ πᾶσι καινὴ προπέτειαν τὸ ὅτι τῷ πράγματι σκέψιν, τῷ τε ὕβρεσι θαμένοις, καὶ ὅπλοις αὐτῷ ἐπ' ἀλλήλοις ἁρμάζουσαν ἀφαφυγεῖν ἠρεμένοις ᾧ Γάϊον. ἴσως μὲν γὰρ ἂν κατορθῶσαι, κακὸν δὲ κατορθῶσι πλεῖστον ἀγαθῶν ἕξειν, ᾧ ὅτι σωτηρίᾳ τῆς τε πόλεως καὶ τῆς ἡγεμονίας πᾶσιν καὶ μετὰ ὀλέθρου ἄπεσθαι τὸ πράγματος. [f] ᾧδε πάντα δὲ Χαιρέαν ἐπείγεσθαι, ὀνόματός τε ὅπλοις μείζονος, καὶ ἄλλως ἐπὶ τοῦ ἀδέσποτον [g] προσίεσθαι τῷ Γαΐῳ ἀφ' τὸ χιλιαρχίαν ῥᾳστώνης αὐτῷ κτήσεσθαι ἐνομένης.

δ'. Ἐν τούτῳ δὲ ἐκποδεμίαν ἦσαν, καὶ συνωδίζεται γὰρ Ρωμαίοις ἥδε ἡ θηρεία δαπάνη. σπεύσασι δὲ προθύμως εἰς ᾧ ἱππόδρομον, καὶ ἐφ' οἷς χρήζουσι δίδοται τῶν αἰτησάντων κατὰ πλῆθος συνελθόντες. ᾧ δὲ, ἀναπλέκτους τὰς δήσεις κέλευσε, σὺν αἰσχύνῃ ἀχαριστοῦσιν. ἐκέλευσε δὲ καὶ ᾧ Γάϊον, [h] ἐκθύμως τῇ ἱκετείᾳ χρώμενοι, τῶν τελῶν ἐπανιέναι, καὶ

a Ἀλλὰ μὴ ἐπιφέρειν κακῶς *Vat.* & *Hen. à pr. m.* b Ita cum *Dione Alliſque.* Ῥοῦγλος aut Ῥίγλος in *Joſephi* libris. c Ita lego. σίγνον in *libris.* d Ita reſcripſi pro *Manuſcripto*, & φοβηθεὶς τὰ αὐτὸν. e Ita lego ex conjectura. antea erat, Χαιρέαν δὲ αἰσχύνη φέρεσθαι οἰκείᾳ τε ἐ. τ. ἀ. ὑ. τ. Γ. ἀποφερόμενα, καὶ ἄ. τὸ ἐφ' ἡμ. κ. φ. κ. θ. τ. Γ. τ. ὃ πανταλοῦ ἦρεν ὑπολαμβάνειν οἱ δὲ κ. π. κ. ἀποτιθῆναι [ἀποτιθῆναι *Busb.*] τῷ ὑ. τ. ἀ. τ. Γ. τὸν ὑ. θ. κ. ἐπ. ἀναμεῖναι ἐπ' ἀλλ. ἀπ δ. ἀ τ. Γάϊον. ἴσως μ. γ. κατορθῶσαι, κακὸν δὲ κατ. τ. ἀ. χεῖν ἐπὶ σ. τῆς τε π. καὶ θ ἡγεμονίας πᾶσιν, καὶ μ. ἀλ. ἄ. τ. πρ. in *Epiphanii* verſione, *Chæreas vero confuſionem ſuam & Caji opprobria non ferebat, quibus eum arguebat, quod quaſi nihil in ſe fortitudinis haberet, inſuper etiam periculum ſibi per ſingulos dies imminere cernebat. Mortem quoque Caji omnes honeſtum opus & liberum excipere reputabant: cæteri vero cupiebant ſuper hoc habere commune conſilium; videntes tantas injurias, & exemplum prævium dari principatum cupientibus. Omnes ergo, ut tantis cladibus liberarentur, deſiderabant adverſus Cajum aliquid geri: decere namque ad talia negotia bonos viros accedere, pro ſalute pietatis & imperii macula auferenda, etiam cum ſuo diſcrimine.* f Hic παρὰ inſertum dedi auctoritate *Cod. Hen.* & verſionis *Epiphanii.* g Προσίεσθαι *Vat.* & *Hen. à pr. m.* h Ἐκθύμως ἱκετείᾳ χρώμενοι *Busb.*

a Illa

καὶ [a] τῶν φόρων ἐπικουφίζειν τι τοῦ ἐπαχθοῦς. ὁ δὲ οὐκ ἠνείχετο, καὶ πλέον τι τῇ βαρᾷ χρωμένων, ἄλλους ἄλλῃ ἀφαπέμψαι, κελεύει τοὺς βοῶντας λαβεῖν τε, καὶ μηδὲν εἰς ἀναβολὰς ἀπελθεῖν τοῦ μεγάλου. καὶ ὁ μὲν ἐκέλευε ταῦτα, καὶ οἷς τοῦτο προσετέτακτο ἔπρασσον· πλεῖοί τε ἦσαν ἢ ὅτι τοιούτοις ἀποθνῄσκοντες. [b]καὶ ὁ δῆμος ἑώρα μὲν, ἠνείχετο δὲ τοῦ θορύβου τῆς βοῆς, ἐν ὀλίγῳ τοῦ ἔπεχε τῶν χρημάτων ὀφθαλμοῖς ἀρᾶσθαι ὅτι τοιούτοις παραιτήσεσι [c]θάνατον αὐτοῖς φέρουσαι. ταῦτα Χαιρέαν [d]σύνηγε μᾶλλον ἅπτεσθαί τε τῆς ἐπιβουλῆς, καὶ παύειν κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἐξαγριαίνοντα τὸν Γάϊον. καὶ πολλάκις μὲν, καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἐπάσεις ἐμέλησεν ἐπιχειρεῖν, οὐ μὴν ἐπείχετο λογισμῷ, τὸ μὲν κτείνειν οὐκέτι σφόδρα τοῦ κεκαιρικὸς, τὸ δὲ καιρὸν ἐπισκοπῶν, ὅπως μὴ εἰς κενὸν, ἀλλ' ἐπὶ καταφράξει τῇ βεβουλευμένῃ τοῖς χερσὶ χρῷτο.

ε'. Ἐστρατεύετο δὲ πολλῷ ἤδη χρόνῳ, οὐχ ἡδονῇ φέρων Γαΐου τὸν συναναστροφήν. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν [e]ἐς τε Γαΐος [f]ἐπαραξόρθμους τούς τε φόρους, καὶ ἄλλα ὅσα καταβαλλόμενα εἰς τὸ Καίσαρος θησαυρὸν ἐφυστερήκει τοῖς καιροῖς, [g]ἀφ' οὗ καὶ ὁ [h]διπλασιάσας τὴν δύναμιν αὐτοῦ χρόνον ἔλεῖ πολεῖται τῇ [i]ἐπαράξει, πρόφῳ [k]ᾧ αὐτῷ χρώμενος μᾶλλον ἢ τῇ Γαΐου τροπάξει, ἀφ' οὗ τὸ φειδοῖ χρῆσθαι τοῖς τύχαις οἷόν τον λαμβάνειν τὸ [l]ἐπὸ τὴν [l]ἐπαραξιν, εἰς ὀργὴν παρεκαλεῖτο τὸν Γάϊον, μαλακίαν ὀνειδίζοντα αὐτῷ ἣν ὀλίγῃ συνάγειν τὰ χρήματα. καὶ δὴ τἄλλα [m]ὕβριζεν εἰς αὐτὸν, καὶ ὁπότε δ σημεῖον [n]παρεῖχεν αὐτῷ ὁ τῆς ἡμέρας καθηκόσης εἰς αὐτὸν, θηλέα τε ὀνόματα, καὶ ταῦτα αἰσχίστης ἀναπλέα. καὶ ταῦτα ἔπρασσεν αὐτὸς οὐκ [o]ἀπηλλαγμένος ἐν πᾶσι τελεταῖς μυστηρίων, ἃς αὐτὸς [p]συνίστα. πολλὰς δὲ ἐνδυόμενος γυναικείας καὶ πάνυ ὠφελήσας πλουσιμώδων ὀπτίνων, ἀλλά τε ὁπόσα ὀπτικαλυψάμενος θηλύτητα τ' ἄρσεν ἔμελλεν, αὐτὸς τῷ ὅτι τοιούτοις αἰσχύνην ἐτόλμα Χαιρέᾳ προσκαλεῖν. [q]Χαιρέας δὲ, καὶ ὁπότε μὴ [r]δαλαμβάνοι τὸ σημεῖον, ὀργῇ παρείχετο, μειζόνως δὲ ὁπότε [r]δαδιδοίη, γελώμενος ὑπὸ τ' [r]δαλαμβανόντων, ὅτι καὶ οἱ συγχιλίαρχοι, παιδιὰν ἐποιοῦντο αὐτόν. ὁπότε δὲ αὐτὸς μέλλοι τὸ σημεῖον παρ' αὐτοῦ δ Καίσαρος κομίζειν, προῄρητό τινα τῶν εἰωθότων φέρειν εἰς παιδιάν. διὰ ταῦτα δὲ αὐτῷ καὶ βαρὺς παρείχετο κοινωνὸς πρὸς [r]δαλαμβάνειν, ὡς οὐκ ἐπ' ἀλόγοις ὀργῇ χρώμενος. [q]καὶ ἦν γὰρ Πομπήδιος, συγκλητικὸς μὲν, τὰς

mitteret, & quod grave erat & oneroſam in vectigalibus levius faceret. Ille vero haud *æquo animo poſtulata* ferebat, tumque majori uterentur vociferatione, aliis *ſatellitum* alio miſſis clamatores comprehendi jubet, & abſque omni mora & cunctatione ad ſupplicium duci. Et ille quidem iſta imperabat, juſſa vero exſequebantur quibus id negotii datum erat; *plurimique hujuſmodi de cauſa interempti ſunt. Et iſta quidem populus videbat, atque ita tolerabat ut ſtatim à clamoribus ceſſarent, cum ſibi ante oculos verſaretur, ut morte multarentur, qui ejuſmodi pecuniæ exactionem à ſeſe deprecabantur. Hinc magis etiam Chæream incitabant ut ad inſidiandum Cajo aggrederetur, faciendumq; ut ab immani in homines ſævitia deſiſteret. Et ſæpe quidem cogitavit de ipſo etiam dum epulis accumberet adoriendo, quibuſdam tamen rationibus *ab ipſo incæpto* inhibebatur, non quod de illo occidendo quidquam dubitarit, verum ut occaſionem adeo commodam arriperet, ut non vano conatu ſed ad perficienda quæ decreverant *vi & manibus* uteretur.

Chæreæ mentis de cæde in Cajum incitatus.

5. Jam multum temporis in militia *prætoriana* exegerat, ægre ferens quod *tamdiu* cum Cajo verſaretur. Poſtquam autem eum vectigalibus exigendis præfeciſſet Cajus, aliiſque quæ tempori non ſoluta fiſco Cæſaris debebantur, in iſtis, quod & duplo majora facta eſſent, exigendis dum moratur, ſuæ magis naturæ *bonitatique* obſequens quam Caji mandatis, quodque afflictæ fortunæ poſtularent ut moderatio adhiberetur, vicem illorum, à quibus exigenda erant tributa, miſeratus, concivit in ſe iram Cæſaris, mollitiem ipſi exprobrantis quod tardiuſcule colligeret pecuniam. Contumelias igitur illi & alias ingerebat, & quoties ei daret teſſeram pro eo die quo ille munus obiret, femineum aliquod idque valde probroſum dabat vocabulum. Atque hæc faciebat, non alienus à probro in certis myſteriis celebrandis à ſe inſtitutis. nam cum veſtitum muliebrem ſibi *indoluiſſet* & cincinnos quoſdam capiti imponendos excogitaſſet, aliaque quæ vultum femineum ementirentur, ipſe non veritus eſt hujuſmodi probra Chæreæ objicere. At Chæreas, cum teſſeram quidem ab eo acciperet, ira commovebatur, magiſque adhuc cum eam *aliis* traderet, deriſui habitus ab iis qui eam accepturi erant; adeo ut cæteris tribunis ludibrium fieret. nam quoties illius eſſet teſſeram ab ipſo Cæſare afferre, prædicebant fore ut tale aliquod ludicrum, quale antea, afferret. Propterea quæ ei fiducia accreſcebat ſibi ſocios adſciſcendi, ut qui non temere ad iram fuerit concitatus. Atque in his erat Pompedius, vir ordinis Senatorii, omnibus

Tardius in tribunis colligendis.

Quam ob rem mollitiem ei exprobrat Cajus; & ſignum petenti Priapum aut Venerem dat.

Conjurationis ſocios ſibimet quærit Chærea.

[a] Illa τῶν φόρων non agnoſcunt *Vat. Bunb.* & *Hen. à pr. m.* quibus conſentit *Epiphanii* verſio. [b] καὶ ὁ δῆμος ἰδὼν ἠνείχετο, παυσάμενος τῆς βοῆς, τῷ ὑπὲρ τῶν χρημάτων ὀφθῆναι πάρ. *Bunb.* [c] Ita cum *Cod. Bunb.* εἰς θάνατον αὐτοῖς φέρουσαν in *Editis Aliiſque*, Forſan, εἰς θάνατον αὐτοὺς φέρουσαι. [d] Ἀνῆσαν *Bunb.* [e] ἐπεὶ δὲ αὐτὸν *Vat.* & *Hen. à pr. m.* ἐπεὶ δὲ *Bunb* ἐπειδὴ *Voſſ.* [f] Ἐπαραξόρθμους *Bunb.* ἐπαραξάμβρους *Vat.* & *Hen. à pr. m.* [g] Ita lego cum Cl. *Lowthio*, & mox ἀφ' οὗ δὲ τὸ φ. inſertis ἡ & δὲ quæ aberant *Editis* & *MSS.* [h] Ἐπιδιπλασιάσας *Bunb.* [i] Ita *Bunb.* ἐπαφῇ in *Cæteris.* [k] Τῷ αὐτῷ *Bunb.* & *Voſſ.* [l] Sic *Bunb.* & *Epiphan.* ὑπορίζῃ in *cæteris.* [m] Illud παρεῖχεν è *Cod. Bunb.* [n] *Scilicet*, αἰσχύνης. [o] Ita lego & diſtinguo cum *Epiphanio.* prius erat, συνίστατο, τελεταῖς ἐνδυόμενος &c. [p] Multum fatuo, Χαιρέας ἡ, & mox ὁρᾷ παρέσκευε. [q] Ἦν ἡ pro καὶ ἦν γὰρ habet *Bunb.* [r] Ita vel Παραμβάνοι ſcribendum eſſe monet *Voſſius* ad *Pancirolum*, l. 2. c. 15. * Plurimis itaque hanc cauſa morientibus, populus ſpectans clamare ceſſavit. Tunc omnibus ſuas facultates in contemptu ſuorum, videntibus aliis pro ſuis operibus ad mortem pervenire, *Epiphan.* † Aliiſque quæ Cæſaris erant inferenda theſauris, per illud omne tempus à rato negotio privabatur. in quo tamen majorem ſibi virtutem inſpiandi animi aggregabat, quod more ſuo magis rebus urebatur, quam Caji obediebat imperio: parcebat enim humilibus atque depreſſis. Unde ad iracundiam provoc. *Epiphan.*

Pompedius à Timidio accuſatur.

bus fere *reip.* honoribus perfunctus. Erat autem alias Epicureus, adeoque à negotiis abhorrens ac otii & quietis amans. Hunc accuſabat Timidius ejus inimicus, quod convicia in Cajum petulantius jactarit; & teſtem adhibebat Quintiliam, feminam ex iis quæ in ſcenam prodibant propter formæ venuſtatem quamplurimos amatores habentem, interq; eos Pompedium. Cum autem illa dedignaretur ſui amantem falſo, id quod erat, teſtimonio gravare in cauſa capitis, Timidius urgebat tormentis eam ſubjici. Tum Cajus, animo exaſperatus, Chæream jubet ſine mora & cunctatione torquere

Quintiliam torqueri jubet Cajus.

Quintiliam: ideo potiſſimum ei ſolitus cædes & quæſtiones injungere, quod putaret hæc exſecuturum inclementius, quo mollitiei notam effugeret. Quintilia porro, cum torquenda duceretur, conſciorum cujuſdam pedem inter eundum premebat, innuens ut fiduciam ſumeret, neve ad tormenta ipſius expaveſceret. ſe enim forti animo & invicto ea perlaturam. De illa quæſtionem habuit Chæreas acerrimam, non ſponte ſua ſed neceſſitate coactus: cumque illa ne tormentis quidem victa cederet, duxit eam in Caji conſpectum, ita corpore deformatam, ut nemo eam ſine doloris ſenſu aſpicere potuerit.

Cum nihil contra Pompedium fateretur, abſolvitur à Cajo una cum Pompedio.

Qua viſa, uti erat, cruciatuum acerbitate vexata, Cajus, animo nonnihil commotus, & ipſam & Pompedium crimine abſolvit: inſuper & Quintiliam pecunia donavit, *in læſi corporis ſolatium & *calamitatis levamen*, quod dolorem intolerabilem fortiter & animoſe pertuliſſet.

Chærea de Caji ſævitia queritur coram Clemente & Papinio.

6. Iſta Chæream vehementer angebant, ac ſi, quantum in ſe eſſet, cauſa malorum exſtitiſſet hominibus, quibus etiam conſolationem adhibere dignatus eſt Cajus: dicitq; Clementi & Papinio, quorum Papinius & ipſe tribunus erat, Clemens autem præfectus prætorio: "Nobis ve-
"ro, ô Clemens, ſtudium non defuit omnia agen-
"di quæ ad ſalutem imperatoris ſpectant. nam
"ex iis qui contra imperium ejus conjuraruntt,
"alii noſtra cura & opera necati ſunt, alii tor-
"mentis adeo vexati, ut ipſi *Cajo* viſi fuerint
"miſerabiles. †Annon interea mira cum virtute
"educimus exercitum? "Tacente Clemente, quantumque ipſum puderet eorum quæ imperata erant vultus rubore præ ſe ferente, inſaniam tamen imperatoris verbis increpare haud æquum eſſe cenſente, ſi ſuam ſalutem reſpiceret, Chærea jam ſumpta fiducia, ad ipſum liberius & audacius loquitur, urbis & imperii calamitates numerando percenſens; "quodque
"horum cauſa vulgi ſermonibus Cajus habere-
"tur, ſin vero in rei veritatem inquiratur, ego,

Conſilium ſuum iis aperit.

"mi Clemens, & iſte Papinius, & ante nos tu,
"Romanis & univerſo generi humano tor-
"menta admovimus, Caji mandata exſequen-
"do: noſtraque voluntate, cum penes nos fue-
"rit facere ut deſineret à tantis in cives & ſub-
"ditos injuriis, obſequium ei præſtamus pro

ἀρχὰς δὲ διελιλυθὼς ἡδονὴν ἀπάσας. [2] Ἐπιτήρει δὲ ἄλλως, καὶ δι' αὐτὸ ἀπεράγμονα ὀπτιπόλιτης βίου. τοῦτον ὑπεδείκνυσι Τιμίδιος ἐχθρὸς ὤν, ὡς λοιδορίᾳ χρησάμενον ἀφειδῶς κατὰ τοῦ Γαΐου, μάρτυρα παραλαμβάνων Κυϊντιλίαν, γυναῖκα τῶν ὀπὶ τῆς σκηνῆς ὀπιφανείας ἑᾳδίως ἐρασσύδαστον πολλοῖς τε ὄσαι, καὶ τῷ Πομπηδίῳ. καὶ τῆς ἀνθρώπου, ψεῦδος δὲ ἦν, δεινὸν ἡγουμένης μαρτυρίαν ὀπὶ θανάτῳ τοῦ ἐρασθῆναι, βασάνων ἔχρηζεν ὁ Τιμίδιος. καὶ Γάϊος παραξυμμέτρως κελεύει τὸν Χαιρέαν μηδὲν εἰς ἀναβολὰς ἀλλ' εὐθέως βασανίζειν τὴν Κυϊντιλίαν, χράμενος τῷ Χαιρέᾳ πρός τε τὰ φοινικᾶ, καὶ ὁπόσα φρενλάσειεν ἄν τις, ἐπεὶ τῷ νομίζειν ὠμότερον ἀφιξικόμενον, τὴν λοιδορίαν φεύγοντα τὴν μαλακίαν. Κυϊντιλία δὲ, ὀπὶ τὴν βάσανον ἀγομένη, τῶν συνιστόρων τινὸς ὀπιβαίνει τοῦ ποδὸς, ὑποσημαίνουσα θαρσεῖν, καὶ μὴ τὰς βασάνους αὐτῆς δεδιέναι· [b] δι' οἴσειν γὰρ μετὰ ἀνδραγαθίας. βασανίζει οὖν τοιοῦτον ὡμῶς ὁ Χαιρέας, ἄκων μὲν, κατ' ἀνάγκας δὲ τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ· καὶ μηδὲν ὑπείξασαν ἦγεν εἰς τὴν ὄψιν [c] τοῦ Γαΐου, ἀφικεμένην οὐκ ἐπὶ [d] ἡδονῇ τοῖς θεαταῖς. καὶ ὁ Γάϊος, παθών τι πρὸς τὴν ὄψιν τῆς Κυϊντιλίας δεινῶς ὑπὸ τῶν ἀλγηδόνων ἀφικεμένης, ἐγκλήματος ἦρξεν καὶ αὐτοῦ καὶ ⟨Ⓢ⟩ Πομπηδίου· ἀπέδωκε δὲ καὶ χρημάτων δόσει τιμᾷ τοῦ σωματίου ἐσομένην λώβης, ἵνα ἐλελοίβητο εἰς τὴν εὐταραξίαν τοῦ ἀφορήτου τὸ ἀλγηδόνιον.

ϛ'. Ταῦτα δεινῶς ἤνιασε τὸν Χαιρέαν, ὡς αἴτιον ἀνθρώποις, ὑπὸ Γαΐου [a] παρηγορίας ἀξίοις, κακῶν, ὅσων ἐπ' αὐτοῖς γινόμενον· φησί τε πρὸς Κλήμεντά τε καὶ [f] Παπίνιον, ὧν Κλήμης μὲν ὀπὶ τὸ πραιτώριον, Παπίνιος δὲ καὶ οὗτος ἦν χιλιάρχων. "ἀλλ' ὀπὶ φυλακῇ γε, ὦ [g] Κλήμη, τοῦ "παντὸς εὐδοκιμοῦντος ἡμῖν πεφύκαμεν [h] ὑπ' ἐλλείποντες. "τὸ δὲ συναμοχόπονον αὐτοῦ καὶ τὸ ἡγεμονίας πρεπούσας καὶ πό-"νους τοὺς μὲν ἀπεκτείναμεν, τοὺς δὲ ἐπιβουλεύομεν ὀπὶ τε-"σοῦτον, ὡς ἐλεεινοὺς καὶκείνῳ γενέσθαι. μὴ πόσης τε ἀρετῆς "ἡμῖν ἐξάγει τὸ στρατιῶν;" σιγήσαντος δὲ τοῦ Κλήμεντος, καὶ ὃ μὲν ἀρχὴν φέρειν τὸ προσωπεῖον καὶ τῷ βλέμματι καὶ τῷ ἐνθυμήματι παρεσκάνθη, [i] λόγῳ δὲ αὖθις ἡ μανίαν τοῦ αὐθαιρέτορος προσκαλεῖν ἄδικον ἡγεμόνα προνοίᾳ τοῦ ἀσφαλοῦς, Χαιρέας δὲ ἤδη θάρσει χρώμενος ἐν λόγοις ἦν κινδύνων ἀνειμένοις πρὸς αὐτὸν, τὰ κατέχοντα δῆτα τὴν πόλιν καὶ τὴν ἀρχὴν ἐπεξιών· "καὶ ὅπερ λόγῳ μὲν εἶπε Γάϊος ὁ τοῦ ὀπὶ τοιούτοις αἰ-"τίαν προσιθέμενος, τοῖς δὲ τἀληθὲς ἐξετάζειν πφεμένοις, "ἐγώ τε, ὦ Κλήμη, καὶ οὗτοσὶ ὁ Παπίνιος, καὶ πρὸ ἡμοῦ σύ, "πάντας Ρωμαίοις τε καὶ ⟨Ⓢ⟩ παντὶ [k] ἀνθρωπίνῳ τοὺς πόνους "προσφερόμενοι, καὶ ὀπιτάγμασι τοῖς Γαΐου διακονούμενοι, "γνώμῃ τε τῇ αὐτῶν, παρὸν παύσαι τοσαύτῃ ἤδη χρώμε-"νον ὕβρει εἴς τε τοὺς πολίτας καὶ τοὺς ὑπηκόους, διακονούμεθα

δορυφόροι

a In libris ἐπιτάγμασι. *b* Οἴσειν *Busb.* *c* Τοῦ Γαΐου *Busb.* *d* Ἡδοναῖς *Busb.* *e* In *Editis*, παρηγορίας ἀξίοις οὐ αἰτίας κακῶν τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς γενόμενον. Fuit cum legerem οὐ αἰτίας. Sed, re melius propenſa, voces οὐ αἰτίας, quaſi interpretamentum vocabuli ἄδικον, in margine olim appoſitas, ejiciendas eſſe cenſui; & cum γενόμενον pro γενόμενος habeat *Cod. Busb.* (qui illa ἐπ' αὐτοῖς κακῶν ὅσον ἐπ' αὐτοῖς omittit) locum ita refinxi prout in textu repræſentatum dedi. *f* Ita pro Παπίνιον reſcripſi. Κασσίνιον *Busb* *g* Sic *Busb.* Κλήμης in *cæteris.* *h* Οὐκ ἐλλοιπότων *Busb.* & *Vat.* *i* Fortſan τὸ ἡ αὐτῷ. αὐτοῖς *Hen. Voſſ.* & *Vat.* *k* Ἀνθρωπίνῳ *Hen.* & *Vat.* * Unde illi ſolatium eſſet, propter quod graviter erat debilitata tormentis. nam non ſolum ſanitas ejus corporis ex ſuppliciis rupta erat, ſed etiam pulchritudo deformata, *Epiphan.* † Hæccine ſunt noſtræ militiæ munia, *Gelen.* Ita noſtram militiam cum nimia ſeveritate tractamus, *Epiphan.*

a Ita

"δορυφόροις καὶ δήμιοις καθεστηκότες αὐτὴ φρουρᾶς χάριν, καὶ
"τὰ ὅπλα ταύτῃ φέροντες οὐχ ὑπὲρ ἐλευθερίας, οὐδὲ
"ἀρχῆς τῆς Ῥωμαίων, ἀλλ' ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ δυναμένου
"τά τε σώματα αὐτῶν καὶ τὰ φρονήματα, μαστιζόμενοι
"τὸ καθ' ἡμέραν αἵματι σφαγῆς καὶ βασάνῳ τῆς ἐκεί-
"νων, μέχρι δή τις καὶ καθ' ἡμῶν ἀφορμὴν ληφθῇ τοιαύ-
"της Γαΐου. ὁ γὰρ εὐνοίᾳ τινὶ πολιτεύει πρὸς τοὺς
"ἡμᾶς, οὐ διὰ ὑποφίσεως δὲ μᾶλλον. καὶ ἄλλως τε πολλῶν
"τῶν ἀπολωλυμένων ἀπηδεδωκότος· ὁ γὰρ δὴ φόβος ποτὲ
"Γαΐῳ τοῦ τῆς ὀργῆς, ἀφ' οὗ μὴ δίκαιον, ἀλλ' ἡδονὴν
"πέρας αὐτῆς τυγχάνειν· σκόπει δὲ προσκεισόμεθα καὶ
"αὐτοί, δέον καὶ τοῖς πᾶσι τὸ ἀπροβούλευτόν τε καὶ ἐλεύ-
"θερον βεβαίῳ, καὶ ἡμῖν κινδύνων ἀπαλλαγὰς ψηφίσασθαι.

ζ. Κλήμης δὲ τῷ μὲν λόγῳ τοῦ Χαιρέου [b]φανερὸς ἦν ἐπαινῶν, σιγᾶν δὲ ἐκέλευε, "μὴ καὶ φοι-
"τῶντος [c]εἰς πλείονας ὁ λόγος, καὶ ἀφηχεσμένων ὁπό-
"σα κρύπτεσθαι καλῶς ἔχει, πρὶν τυχεῖν προφάσε-
"τος ἐκφύσαι τὸ ὑποβουλεύμενον γενομένης, κολα-
"σθείσης· [d]χρόνῳ δὲ τῷ αὐτῆς [e]καὶ τῇ ἀπ' αὐτῆς ἐλ-
"πίδι προσδιδόναι τὰ πάντα, ὡς προγενησομένης
"τινὸς αὐτοῖς ὑπηκοΐας τυχάμ. [f]αὐτὸν μὲν γὰρ ἤδη
"γήρως ἀφεῖσθαι τῷ ὅτι τοιοῖσδε τόλμαν. τῶν μέν-
"τοιγε ὑπὸ σοῦ, Χαιρέα, σιωπηθέντων καὶ ῥηθέντων,
"ἀσφαλέστερα ἂν ἴσως [g]ὑποθείμην, εὐπρεπέστερα δὲ
"πῶς ἄν τις καὶ δυνάμενος." καὶ Κλήμης μὲν ὡς αὐ-
τὸν ἀνελύετο, διὰ λογισμῶν τῶν τε ἀφεγμένων καὶ ὁπόσων
αὐτὸς εἰρήκει προφερόμενος. Χαιρέας δὲ λύσας ὡς Κορνή-
λιον Σαβῖνον ἤπείγετο, καὶ αὐτὸν μὲ χιλίαρχον ὄντα, ἀξιό-
λογον δὲ ἄλλως ἐπιστάμενος αὐτὸν, καὶ ἅτε ἐλευθέρᾳ ἐρασθέν,
[h]καὶ διὰ τοῦτο τῇ καταστάσει [i]τῶν πραγμάτων πολεμίως διακειμένου,
χρήσασθαι ἐκ τοῦ ὀξέως ἔχειν τὰ ἐγνωσμένων [k]ἐγχειρήσεως, ὑπ'
αὐτοῦ καλὸν νομίσας εἶναι) προσῆλθε, καὶ δεῖσθαι μὴ ὑπὸ Κλήμεν-
τος ἐκφοίτησις [l]γένοιτο αὐτοῦ, ἄλλως τε καὶ μελλήσεις καὶ τὰ
χρῶντα τὰς ἀναβολὰς [m]πρὸς τὰ ὑπερβαλλομένων πλήθους.

η. Ἐπεὶ δὲ ἀσμένως καὶ τῷ Σαβίνῳ τὰ πάντα ἦν,
ἄτε καὶ αὐτῷ γνώμης μὴ οὐχ ὑστερούσης ἴσως, [n]ἐποεῖτο δὲ τοὺς ὅτινα εἰκὸς ἀσφαλὲς εἶναι τοὺς
ἐκείνῳ στηρίξοντι προδιδόντι, ἐπεί τε ἀνδρὸς κυπτόρη-
τος, ὃ μόνον φέγειν ὧν πυθοῖτο προσθησομένου, ἀλλὰ
καὶ γνώμην φανερωσοντι τῷ αὐτῷ, πολλῷ μᾶλλον
ἤρτο, καὶ μηδὲν εἰς ἀναβολὰς ἐᾶσθαι δεῖν Χαιρέᾳ. πρέ-
ποντά τε ὡς Μινυκιανὸν, αὐτοῖς μὲν ὑπατικοῦ ἀρε-
τῆς καὶ τῷ ὁμοζήλῳ τοῦ μεγαλοφρονος συγγενῆ, [o]Γαΐῳ
δὲ ὑποπτον τῆς Λεπίδου πλουτῆς. πάνυ γὰρ δὴ φί-
λοι ἐγένοντο, Μινυκιανός τε καὶ Λέπιδος, καὶ δέει-
ματι κινδύνων τῶν [p]καθ' αὑτούς. πᾶσι γὰρ τοῖς ὀλί-
γοις φοβερὸς ἦν Γάϊος, ὡς ἐπ' αὐτοῖς ἔχοντι, καὶ τοῦς
ὅς τινας τῇ μανίᾳ χρῆσθαι [q]μὴ ἀφησόμενος· [r]φοβεροὶ

militibus satellites facti & carnifices, arma
hæc gestantes non pro libertate aut imperio
Romanorum, sed pro ejus incolumitate, qui
eorum tam animos quam corpora in servitu-
tem redigit, fœdati quotidie sanguine illo-
rum quos occidimus aut torquemus, donec
ipsius jussu ab aliis pari modo tractabimur.
Non enim propter ista, dum nobiscum ver-
satur, benevolentia nos prosequitur, sed po-
tius suspectos habet & invisos. *Præterea
cum multa facta fuerit cædes (non enim ab
ira conquiescet, ut qui irascitur non ut jus
& æquum tueatur, sed ut animo gratificetur
suo) & nos quoque illius sævitiæ obnoxii eri-
mus; cum oportuerit & omnibus securita-
tem & libertatem firmatum ire, & consti-
tuisse à nobismet pericula propulsare.

7. Et Clemens quidem Chereæ sententiam palam approbat laudatque, tacere autem jubebat, "ne sermo in plures dimanaret, & di-
"vulgatis quæ silentio premi oporteret, ante-
"quam res perficiatur prodito consilio & pa-
"tefactis insidiis, ipsi ad supplicium rapiantur:
"tempori autem procedenti & spei in poste-
"rum omnia permittenda, quasi auxilium eis
"ex inopinato suppeditatura esset fortuna. Sui
"quidem non esse ob ætatem ingravescentem
"tale aliquid audere. verum iis, quæ tu, Chæ-
"rea, machinatus es & dixisti, tutiora forsan
"possum suggerere, honestiora nemo quidem
"potest." Et Clemens quidem domum se re-
cepit, dum mente agitaret ea quæ audierat
queque ipse dixerat, in contrarias partes distra-
ctus. Chærea autem ea de re solicitus, ad
Cornelium Sabinum & ipsum tribunum pro-
perat, quem alioqui virum egregium esse no-
verat, & libertatis amantem, ideoque animo in-
censo & inimico præsenti rerum statui, quod
vellet è vestigio ad ea quæ decreverant exse-
quenda aggredi, opportunum esse ratus ipsi illa
proponere, metuens etiam ne per Clementem
prodereatur, † secumq; insuper reputans quan-
tum temporis cunctando perditurus esset.

8. Cum autem libenter Sabinus omnia ac-
ciperet, ut qui jam ante pari modo animatus,
ideo tantum hactenus siluerat, quod neminem
habuerit cum quo consilium tuto communica-
ret; cumque in hominem incidisset, qui non
modo reticere, quæ audiret, polliceretur, sed
& suam aperiret sententiam, multo magis ani-
mo confirmatus erat, & Chæream orabat &
obsecrabat, ne qua mora fieret. itaque ambo
ad Minucianum se conferunt, eodem ac illi
virtutis studio accensum, cognataque animi
magnitudine illis similem, Cajo vero suspectum
propter necem Lepidi. Magna etenim inter
Minucianum & Lepidum intercesserat amici-
tia, idque ex communi periculorum metu. Nam
omnibus aliquem dignitatis gradum adeptis
